
224


D

7

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

KW 224 D 7

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7



Koninklijke
Bibliotheek
te 's Hage.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

CLAVDII SESELLII V. C.

DE MONARCHIA FRANCIÆ,

Sive

DE REPVBLICA GALLIÆ, ET REGVM OFFICIIS,

LIBRI DVO.

Iohanne Sleydano interprete.

DE AVCTORE.

CLAVDIVS SESELLIVS, *ſeu* SEISELLO, *vel* SAYSELLO, *natione Gallus, Iureconſultus eximius, poſt etiam Epiſcopus Maßilienſis* [*Taurinenſis, ait Bibliotheca Geſnero-Simleriana,*] *Ludovici* XII *Galliarum regis ad Leonem* X *PP. aliquot annorum Legatus, ſcripſit atque in lucem emiſit quædam in leges & Ius Civile, & de Feudis. De triplici ſtatu Viatoris opus ingens, ex tribus Lucæ capitibus, excuſum Taurini anno* cIↄ Iↄ XVIII. *Et Tractatus ejuſdem de Divina Providentia Lutetiæ Pariſiorum editus. Doctißimus idem Antiſtes Hiſtoriam Eccleſiaſticam, Thucydidem, & quædam Xenophontis* [*libri de Cyri profectione in Perſiam, à ſe in verna-*

culam linguam converſi, ipſe in Monarchia Franciæ meminit, lib.II.] & alia multa Gallice reddidit. Præterea inter alias lucubrationes ejus Hiſtoria ſucceſſorum Alexandri Magni ex Diodori Siculi libris deſumpta prodiit Pariſiis, item Gallice, anno cIↃ IↃ XLV. Scripſit eadem lingua DE MONARCHIA FRANCIAE (ita ipſe inſcripſit) ſive De Republica Galliæ, & Regum officiis, duos non minus inſignes quam utiles libros: quos Ioannes Sleydanus in Latinum ſermonem deinde tranſtulit, Argentorati ex officina Wendelini Rihelii vulgatos anno cIↃ IↃ XLV. Scripſit autem illos poſt mortem regis Ludovici, & Franciſco I, ad quem nuper erat, extincto Ludovico, delata regni ſumma, dedicavit. Nam defunctus vir incomparabilis multis variiſque negotiis publicis, & inſtructus plurimarum rerum ſcientia, tanquam ſupellectile quadam pulcherrima, contulit ſe ad otium & quietem, ut & Eccleſiæ, cui præfectus erat, officium ſuum præſtaret, & reliquum tempus honeſtis literarum ſtudiis conſumeret. Quanquam vero à Curia ſe removerat & foro, tamen ut ſuum erga Rempublicam atque patriam amorem declararet, abſens etiam Regi ſuo prodeſſe voluit: eoque magis, quod aulicæ morem omnem atque ſtatum haberet exploratiſſimum, & quam multis adulato-
rum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

rum illecebris atque corruptelis expoſiti fere ſint reges, præſertim ætate minores, non ignoraret. In aureolum ergo hunc commentarium quicquid eſt optimorum præceptorum comportavit, & ſingularem quandam rationem ſecutus, quæ ſuperioris atque etiam ſuæ ætatis viri prudentes ac docti tradidiſſent, putavit huc accumulanda, præſenti rerum conditioni atque tempori totum ſermonem accommodans, & quod longo uſu domi militiæque (huic ſe interfuiſſe, hoc ipſo commentario non diſsimulat) didicerat, explicans diligentiſsime, circa annum Redemptoris noſtri clↃ Iↄ x v.

CLAVDII SESELLII DE REPVBLICA GALLIÆ, ET REGVM OFFICIIS

Liber primus.

OMiſſis Philoſophorum prolixis diſputationibus, rem ipſam ſtatim aggrediemur. Adminiſtrandæ ergo Reipublicæ tria ſunt genera. quum uni tantum rei ſumma permittitur, Monarchiam; quum pluribus atque præcipuis populi, Ariſtocratiam; ubi vero multitudinis eſt imperium, Democratiam vocant. Ex iis optimum ſtatum eſſe

putant, Monarchiam, quando Princeps eſt vir bonus & prudens & Reipublicæ amans. Quia vero difficilimum eſt in tanta poteſtate ſervare æquitatem: alterum genus, quod eſt optimatum & hominum delectorum, videtur eſſe præſtantius & tolerabilius, & firmiore fundamento ſubſiſtere; quando videlicet ex omni multitudine ii præficiuntur, qui virtute & ingenio maxime antecellunt. nam qui ſunt in his vitioſi, reliquorum imperio facile coërcentur. Tertium genus, quod ad promiſcuum vulgus pertinet, ſemper habitum eſt tumultuoſum, & periculi plenum, & viris præſtantibus inimicum. Fit autem, ut Ariſtocratia commutetur in Oligarchiam, qui paucorum eſt dominatus, quando ex optimatibus & primis civitatis pauci quidam, velut conjuratione facta, honores & emolumenta omnia inter ſe partiuntur, & ſuas privatim fortunas amplificare ſtudent, neglecta communi utilitate, quam ſolam & inprimis curare debebant. Relinquitur ergo, ut ex tribus nullum genus ſit perfectum atque perpetuũ. Temporibus enim omnia mutantur, & deteriora fiunt, ac tunc inprimis, cum augeſcunt & maxime florent. neque raro fit, ut perturbatione quadam alterum alteri ſuccedat. Exemplo eſt Reſpublica populi

Romani

Romani, quæ totius orbis terrarum longe fuit ampliſſima. Eam initio gubernabant Reges, inde Conſules, poſtea Decemviri, ſed & Tribuni militũ, ac poſtremo Cæſares. Conſulum autem atque Senatus imperium cęteris fuit præſtantius, & diuturnius. Tunc enim aucta fuit civitas perpetuis incrementis. cujus rei cauſa fuit, mixta & bene temperata gubernatio. Conſules magnam in pleriſque rebus auctoritatem obtinebant, præſertim foris, deinde ſenatus, qui ex optimis lectiſſimiſque viris conſtabat, ſummam rerum moderabatur, &, tanquam gubernator navis, clavum tenebat, & quicquid alicujus eſſet momenti, ad ejus cognitionem pertinebat. Populo etiam ſua conſtabat dignitas in ſuffragationibus & diſtribuendis muneribus publicis: item, cum de pace, bello, & id genus aliis rebus aliquid ſtatuendum erat. eaque de cauſa creabantur Tribuni plebis, quorum ſine conſenſu ac voluntate non erant firma ſenatuſconſulta, in eoque ſenatus ac populi imperio, potiſſima pars orbis terrarum in ipſorum ditionem pervenit. Et tamen, ſi quis omnia diligenter animadvertat, comperiet, non fuiſſe perfectiſſimam Reipublicę formam. Ex multis unum recitabo, quod parum ab eis prudenter conſtitutum, labefactavit ampliſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

ſimum imperium, & ad unius dominatum denuo perduxit, qui & ipſe tandem concidit, ac vix nomen ſuum adhuc tuetur. Initio, poſt ejectos Reges, quum ſenatus atque nobilitas nimis magnam ſibi poteſtatem arrogarent: populus qui nullo fere numero tum erat, graviſſime concitatus ob ſui contemptum, ſeceſſionem ab illis fecit, & imperium detrectabat, neque prius reconciliari potuit, quam ſui quoque ratio haberetur, &ut placari poſſet, multo plura ſenatus illi, quam oporteret, conceſſit. ex quo deinde fonte manarunt diſſenſiones omnes atque diſcordiæ civiles, quæ perpetuæ fuerunt, ſic, ut etiam exortis bellis contra finitimos, vix conquieſcerent. quod in Regum imperio nunquam acciderat. Sic enim comparatum eſt, ut homines uni ſoli multo libentius quam pluribus obtemperent, quibus ſeſe putant eſſe pares. Iam, ſi paululum modo ipſis tribuatur, ſenſim plura ſibi ſumunt, ex eoque magna poſt oritur perturbatio, quod in populari ſtatu urbis Romę ſcimus accidiſſe, ubi nimium plebs laſciviebat, tum propter Tribunorum poteſtatem, qui optima ſępe conſilia everterunt, tum propter publicorum munerum diſtributionem & jus ſuffragiorum, quoties de rebus arduis decernendum aliquid erat. Nam his in rebus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

bus omnibus plurimum poterant largitiones atque factiones. quo fiebat, ut qui donis & pollicitationibus multum valerent, ii viris bonis & Reipublicæ ſtudioſis præferrentur. Hi deinde recuperandi cauſa quod profudiſſent, & ut ad largiendum ſuppeterent copiæ, ſocios & amicos populi Romani expilabant, & belli præfectis atque militibus, ut idem facerent, permittebant, partim emerendi favoris cauſa, partim metu, quod in eadem ipſi eſſent culpa. Sic igitur vitiata fuit & omnino diſſoluta vetus Reipublicæ forma, quam integerrimi prudentiſſimique viri olim inſtituerant, & multis ſæculis, ad poſteros, veluti per manus deductam, ſervarunt incontaminatam, donec auctis tam privatis quam publicis facultatibus, omne vitiorum genus paulatim inundavit, & civilibus bellis materia ſubminiſtrata fuit. Nam qui virtute & meritis non poterant honores atque dignitates in Republica conſequi, ii multitudinis cupiditati & auribus ſerviebant, & multa communis utilitatis mentione facta, hoc ſolum ſpectabant, ut plebem in ſenatum inflammarent, ac ipſi, per eam occaſionem oppreſſis aliis, regnum occuparent. Hanc rationem ſecuti ſunt Gracchi, legis Agrariæ inventores, quæ magnas excitavit turbas, ex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

eaque poſtea natum eſt illud inter Marium & Sullam diſſidium,quo vehementer fuit adflicta Reſpublica. Nam & diſciplina omnis militaris, & ſenatus poteſtas, quam belli duces atque legiones habere conſueverant, hoc ipſo interiit, eoque deducta res fuit, ut qui viribus & armis plurimum poſſent, ii ſuo arbitrio rem gererent, non militiæ tantum, ſed domi quoque & in urbe,neque jam ſenatui parerent,& quos inimicos ſibi crederent,eos omni genere acerbitatis divexarent. Fecerunt hoc Sulla, Marius, C.Cæſar, & eo ſublato, Marcus Antonius, Lepidus Octavianus, triumviri, & hic quidem ſuos collegas non deſtitit perſequi, donec ipſis everſis, imperii ſummam ad ſe unum traduxiſſet.quo quidem in principatu multa deſignavit in perniciẽ Reipublicæ, ac ipſius exemplum ſecuti ſunt poſtea reliqui prope omnes Cæſares. Hæc igitur incommoda nata ſunt in illo populari Reipublicæ Romanæ ſtatu,eaque non pauci prudentes ac docti viri, multo ante quam accidiſſent. prævideruntr,& ſcriptis quoq; ſunt teſtificati, ſed impendentibus malis non potuerũt mederi. Is igitur quem dixi, ſtatus,quamvis ſit mixtus, non poteſt eſſe perfectus, quando ſumma rei eſt penes multitudinem,ac longe præſtat Ariſtocratia,cujuſ-

modi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

modi videtur eſſe Venetorum Reſpublica, quam certus primorum civium numerus adminiſtrat, in eaq; ſummus præſidet Magiſtratus, quem Ducem appellant. quod ipſum ad Monarchiam aliquo modo pertinere videtur. populare vero nihil eſt ibi. Nec enim ullam ibi poteſtatem plebs obtinet, verum ſenatui paret in rebus omnibus, & ſeveris coërcetur legibus atque decretis. Hac ratione in tantam crevit amplitudinem ea civitas, & contra potentiſſimos ſæpe principes imperium ſuum ad hoc uſque tempus defendit. Nec enim perfectiorem Rempubl. ulla vidit ætas, & qui rationes ipſorum perſpexerit, idem quod ego, ſentiet. Neque tamen eſt nihil quod ibi deſideres, & illud quidem tanti momenti, ut & in ſummis aliquando fuerint anguſtiis ob hoc ipſum, & deinceps quoque eſſe poſſint, niſi caveant. Nam ſicut corpus humanum ex quatuor conſtat elementis atque humoribus inter ſe contrariis, & quoad recte ſe aggregaverint illi, valetudinem tuetur & auget etiam, paulatim vero, cũ ex iis unus aut alter luxuriari cœpit, quod temporis longinquitate fieri neceſſe eſt, in ægritudinẽ incidit ex illa diſſociatione & inęqualitate, cumq; uni membro medicinam facimus, alterum lędimus: ad eundem quoq; modum, humana ſocietas, quam civitatem

tem appellamus, & corpus Reipublicæ aggregatum ac conſtitutum legibus, initio quidem creſcit & amplificatur, poſt, ubi ad ſummum evaſit, in eodem ſtatu conſiſtit aliquandiu, tandem vero propter diſparem & contrariam eorum, ex quibus conſtat, naturam, inſtituta, mores, dilabitur & plane corruit. Vulgo numerari ſolent quinque gradus humanæ vitæ, infantia, adoleſcentia, virilis ætas, ſenectus, & ætas decrepita. Hunc ad modum viri quidam docti partiti ſunt Imperium Romanum. & certe cujuſlibet civitatis aut imperii conſimilis videtur eſſe conditio. Atque ut ad inſtitutum revertamur, ſunt in Republica Venetorum, quæ niſi emendentur, allatura ſint aliquando multum incommodi. Ex iis præcipuum eſt, quod ſoli nobiles munera publica, in quibus aliquid eſt dignitatis & emolumenti, omnia fere, aut maximam illorum partem, obtinent: quod reliqui cives, in quibus plurimi ſunt facultatibus & ingenio præſtantes, graviter ferunt, eoque magis, quo nunc eſt amplior factus nobilium numerus. Qui vero in reliquis ipſorum ditionis oppidis habitant viri nobiles, ii nullo fere ſunt in numero, & publice minimum poſſunt. quod eo videtur inſtitutum eſſe, ne ſi cum imperio ſint, motum aliquem

exci-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

excitent. Iam, qui Venetias incolunt cives, conſequendi aliquod munus aut præfecturam, ſpem nullam prope habent, eo quod aucto, ut diximus, nobilium numero, vix ſatis eſt, quod in hos diſtribuatur. Alterum eſt, neque parvi id momenti, quod cum in continente bellum eſt gerendum, rei ſummæ præficiunt externos, non autem ſuæ gentis homines, veriti, ne qui exercitum habeat in ſua poteſtate, regnum occupet & dominatum invadat. Natura quidem illi & vitæ inſtituto plus mercaturæ ſtudent quam ſcientiæ bellicæ. quo fit ut pauci reperiantur in re militari præſtantes. Verum in eo, quod diximus, hoc eſt mali, quod externi, quos mercede conducunt, non æque ſunt erga Rempublicam affecti atque cives, quorum ibi ſalus agitur. Et quanquam imperatori ſemper adjungunt legatos, quos ſua lingua *Proviſores* appellant, ad quos omnium conſiliorum belli ſumma redit, & quorum abſque voluntate, nihil ille, quod alicujus ſit momenti, conſtituere poteſt, tamen non eſt idoneum iſtud remedium. Nam quoniam hi, quos diximus, legati, plerunque ſunt homines imperiti rei militaris, perfacile eſt, ut graviſſime errent. Deinde, exercitus imperatores, quum illorum ſe poteſtati devinctos, & ipſis parendum
eſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

eſſe vident, non ea ſunt alacritate, neque fidelem operam præſtant, & indignitate quadam commoti, non raro cupiunt male rem adminiſtrari, ejuſq; rei documenta quædam proferri poſſint. Sed & inter nobiles ipſos exiſtunt ſimultates. Nam qui originem ducunt ex primis illis Reip. auctoribus, ii multo ſe debere præferri putant aliis, qui poſtea ſunt in eum ordinem allecti, ac nunc multitudine ſuperant. Hæ duæ factiones, de dignitate, deque potioribus Reipublicæ prefecturis ita contendunt, ut ſępe graves inter ipſos oriantur offenſiones, dum ſuis cupiditatibus plus quam utilitati communi ſerviunt. Nam animi perturbationibus, æque ac reliqui homines, adficiuntur. Quamvis autem nullum adhuc ex ea re magnum incommodum hactenus apud illos extitit, quod prudentiæ quorundam & eximiæ virtuti tribui debet: tamen metuendum eſt, ne tandem, ubi corporis humores, ut antea demonſtravimus, nimium aucti fuerint atque corrupti, morbus ſeſe prodat, & adeo quidem vehementer, ut medicinæ non ſit futurus locus. Et hęc quidem non eo pertinent, quaſi aut meum ſit, aut mihi ſumam, aliquid in ipſorum Rep. vituperare: quæ, meo judicio, longe eſt omnium præſtantiſſima, ejus quidem generis: ſed ut demonſtrem,

fieri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

ieri non poſſe,quin ejuſmodi in ſtatu atque forma Reipublicæ, præſertim ſi ampla ſit civitas,plura,quam in Monarchia, deſiderentur.Nam ſingularis aliquis,qui ſolus rerum potitur, facilius mederi poteſt incommodis,quam multi ſimul gradu & dignitate pares. natura etiam comparatum videmus, ut unum aliquem excellenti dignitate,plus revereantur & obſervent & metuant homines,quam coactum aliquem numerum delectorum, qui tempore commutantur. Ratio quoque præſcribit, in omnibus rebus ad unum aliquem, velut ad caput atque fontem,neceſſario confugiendum,&rem eſſe plenam incommodi atque periculi, cum plures ſimul imperium obtinent. quinetiam doceri poteſt,Monarchias,etiamſi vel interitu Principum, vel alio quopiam humano caſu fuerunt immutatæ, diuturniores fuiſſe & tranquilliores, quam vel optimatum vel popularem ſtatum, ut in Aſſyriis & Ægyptiis, & Parthis, imo, ut propioribus utamur exemplis,in Britannia, Hiſpania, Gallia videmus, quibus ſane provinciis nullæ aliæ Reſpublicæ temporis longinquitate conferri poſſunt. Deinde, quæ regna ſucceſſionis aut hæreditario jure transferuntur, multo magis florent, iis, ubi ſuffragiis & optione res agitur, ut in Imperio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

Romano ſatis apparet. Cujus rei hæc eſt cauſa, quod malis fere artibus pleri-que ad faſtigium illud enituntur, & vim ſæpe faciunt: quod non ſemel accidiſſe conſtat, quum Cæſare mortuo, novus erat deligendus. Ac faceret Deus, ut non eiſdem artibus ad Pontificiam dignitatem, alioſque honores Eccleſiaſticos, ubi ſola virtus locum habere debet, multi contenderent. His igitur aliiſque de cauſis, quas vitandæ prolixitatis gratia prætermitto, ſatis conſtare puto, unius imperium multo eſſe reliquis prę̨ferendum. GALLIAM vero cæteris regionibus prę̨ſtare, ac non ſolum ad diuturnitatem, verum etiam ad incrementum & amplificationem, optime eſſe conſtitutam, demonſtrabo, ſi nonnulla, de quibus poſtea dicemus, emendentur, quod eſt factu non difficile. Et primo quidem ſingulare eſt illud, quod ad ſolos maſculos Galliæ defertur imperium. *Salicam* vocant eam legem, qua iſtud cavetur, & optimo quidem conſilio. Si enim fœminæ ſuccedant, fieri poſſet, ut in externi alicujus poteſtatem rerum ſumma perveniat, in quo permultum ſit futurum incommodi. Nam is cum & educatione & moribus & lingua & ingenio differat, à natura ipſa diligere quodammodo cogitur, & in rebus omnibus præferre, ſuæ natio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

ationis homines, iiſque honores & ræfecturas & ubicunque eſt aliquid e-nolumenti, communicat. qua quidem x re neceſſe eſt, graves oriri offenſiones, c invidiam, tum multitudinis, tum no-ilitatis. Cum vero ſoli maſculi locum abent, certus ac perpetuus eſt hæres, uoniam qui genere proximus eſt, is in-dubitato ſuccedit, eumq; populus reve-etur, & colit, ut magiſtratum ſuum le-itimum, etiamſi remotiori gradu diſtet b eo, qui deceſſit: quod nuper vidimus nortuo Carolo, VIII, atque etiam Ludovico XII. Et quanquam ſuperio-ibus annis, ac paulo ſupra hanc memo-iam, vehementiſſimæ diſſenſiones gra-viſſimaque bella videntur ob eam rem xtitiſſe: tamen non obſcurum eſt, eam auſam, quod veriſimilitudinem aliquam haberet, obductam tunc fuiſſe. Nam & us tandem obtinuit, eoque res deducta, & legibus ad eum modum eſt confirma-a, nihil ut poſthac turbæ ſit idcirco me-uendum, nulla etiam ut dubitatio reſi-dere deinceps poſſit. Atque ut doceam, quod facturum me dixi, Galliam pruden-ter ac bene præ cæteris gubernari: præ-ſentem Reipublicæ ſtatum, ac veteres et-iam leges, quibus uſa fuit, explicabo. Illud inprimis magni eſt momenti, Regiam poteſtatem, ac reliquos omnes Regni or-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

dines, adeo commodis & æquis rationibus inter ſe devinctos eſſe, ac velut coagmentatos, vix ut ullum poſſit inter ipſos magnum diſſidium oriri. Scio equidem nihil eſſe firmum, nihil perpetuum in rebus humanis, & fore uti regnum hoc, quantumvis amplum ac potens, aliquando corruat: quod omnibus aliis imperiis eveniſſe conſtat, ut ſupra diximus: verum ut homines, quo ſunt meliori corporis conſtitutione, & quo ſunt in victu temperantiores, eo firmiori utuntur valetudine: ad eundem quoque modum, regna, quo prudentius adminiſtrantur, & quo melioribus utuntur legibus, eo conſiſtunt diutius. Atqui in Monarchiis, ubi ſucceſſionibus eſt locus, ut in Galliis, plena detrimenti videtur eſſe illa Principum mutatio. Fit enim ſæpenumero, ut præſtantiſſimo Regi ſuccedat aliquis ineptus & vitioſus, aut etiam ætate puer; in quorum utroque multum ineſſe poteſt incommodi, vel propter illius, qui ſolus imperat, vel eorum, qui tutorio nomine Rempublicam procurant, nequitiam. In eum vero caſum res devenire ſolent, cum Deus aliquam provinciam, pro ipſius merito atque ſcelere, ulciſci conſtituit. quod ubi fit, nullus eſt amplius humanę prudentiæ aut rationi locus, ac tunc fere ſolet eve-

nire,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

ire,cum regna maxime florent,cum ad
ummam fœlicitatem & amplitudinem
xcreverunt, & cum propter potentiam
ihil ejuſmodi metuitur. quod eo fit, ut
omines ſecuri, ac velut ebrii dulci for-
una, rerum humanarum mobilitatem,
nconſtantiam & imbecillitatem perſpi-
iant, & Deum revereantur, à quo ſalus
x interitus rerum omnium dependet.
am,ſi qua ejuſmodi tempeſtas nobis me-
uenda ſit in Galliis, quod Deus aver-
at,in promptu ſunt remedia, quibus &
Regem immoderate dominantem, &
jus, qui per ætatem regere non poteſt,
nutritios & procuratores, coërceamus,
ta quidem, ut Regi conſtet ſua digni-
as,& non quodlibet, ſed quod juri ac æ-
quitati conſentaneum eſt,ei liceat. Opti-
mis enim legibus ſanctiſſimiſque decre-
tis huic rei proſpectum eſt, quæ non ni-
ſi magno negotio violari poſſunt, ta-
metſi vis nonnunquam intentatur. Sunt
autem tres tanquam freni, quibus Gal-
liæ regum ſumma poteſtas temperatur,
Religio, Iuriſdictio, & Politia. Ad pri-
mum quantum pertinet, Galli ſemper
præ cæteris valde fuerunt dediti religio-
nibus,etiam tunc cum Dei nullam habe-
rent notitiam,& Druïdes,qui ipſorum e-
rant ſacerdotes atque pontifices, præci-
puam habebant auctoritatem, ut Cæſar

commemorat. Vbi vero Chriſti doctrina cœpit innoteſcere, primi omnium inter longinquas nationes eam ſunt complexi, & ſemel admiſſam magno ſtudio tuentur ac retinent, in hodiernum uſque diem, nec ullam patiuntur hæreſim apud ſe reſidere aut inveteraſcere: quod & Hieronymus memoriæ prodidit. Et adeo quidem in hac parte cæteris antecellunt, ut & Britanni & Germani & Hiſpani ſuas Eccleſias ad Galliæ præſcriptum atque regulam non ſemel conſtituerint ac emendarint. Noſtrorum quoque Regum ſemper maxime fuit inſignis ac memorabilis diligentia & aſſiduitas & ardor in profligandis hæreticis & defendenda Eccleſia: & ad hoc uſque tempus reliquæ nationes omnes, Lutetiam Pariſiorum, velut ad uberrimum fontem, confluunt, diſcendę cauſa religionis, ac his, quas dixi, de cauſis, CHRISTIANISSIMI cognomen eſt huic Regno attributum. Qui igitur acceptus eſſe populo, ſuumque ſtudium illi vult approbare, hunc oportet religionis diligentiſſimum eſſe cuſtodem. Niſi enim hoc interveniat populi de ipſo judicium, minus amant, & invitiſſimi dicto ſunt audientes, & ſi qua calamitas regnum affligat, totum hoc Regis tribuunt impietati, ut non ſemel eſt compertum, tametſi

non-

nnunquam in aliis potius quam in Re-
bus culpa reſidere ſolet. Cum autem ad
çcepta religionis vitam accommodat,
hil agit ſuperbe , nihil avare, nihil in-
ſte: ſin minus , jam cuivis Epiſcopo vel
cleſiaſtici ordinis homini, qui ſit incul-
tæ vitæ & acceptus multitudini, repre-
endere illum & palam admonere ſui of-
cii conceſſum eſt, abſque ullius metu pe-
culi : quandoquidem Regi verendum
t, ne ſi quid gravius in illum ſtatuat, po-
li voluntatem alienet. Ejuſmodi li-
rtas nullo eſt in alio regno , quod
iam, aut certe non æque magna. Sed à
rvulis & ab ineunte ætate Reges ita ſe-
inſtituuntur, ut & Deum revereantur,
ordinem Eccleſiaſticum in honore ha-
eant. Atque iſta religionis opinio, cum
delicet perſuaſum eſt vulgo , Princi-
em uti propitio Deo, magnam ipſi be-
evolentiam atque gratiam apud om-
eis conciliat. Alexander Macedo, qui
ropter geſtarum rerum amplitudinem
ppellatur Magnus, Iove parente natum
prędicabat. Qui per Gręciam olim fue-
int fortiſſimi duces, originem ſuam ad
eos referebant. Numa Pompilius alter
omanorum rex, quia colloquium ſibi
le cum Ægeria Dea fingebat , multo
bſequentiorem populum in rebus om-
ibus effecit, quam Romulus vi armo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

rum & diſciplina militari. Scipio Africanus idem feciſſe dicitur. Ex iis vero, qui Chriſti doctrinam ſunt profeſſi, Conſtantinus, & Theodoſius, & Carolus Magnus, & alii quidam fœliciſſimos habuerunt progreſſus, & fortuna ſunt uſi maxime ſecunda, quod religionis nomine ac opinione multitudini erant commendati. Reges igitur Galliæ, quia perſuaſionem iſtam populi vident ſuis rebus eſſe neceſſariam ad devinciendos animos, etiamſi forte natura & ſponte ſua minus ad pietatem inclinent, tamen diligenter cavere ſolent, ne quid publica repræhenſione dignum admittant. Et hoc quidem eſt primum, ut dixi, frenum, quo Regum ſuprema poteſtas inhibetur. Alterum eſt, Iuriſdictio, quæ in Galliis maxime viget: ideoque ſunt inſtituti Senatus atque Iudicia, quæ noſtra lingua vocantur *Parlamenta*, ut ne plus, quam jure conceſſum eſt, illis liceat. Eorum enim judicum is eſt numerus, eaq; poteſtas, ut decretis ipſorum Rex quoque pareat, & in controverſiis aliquando cauſa cadat, neque ſuis adverſariis, quibuſcum litigat, præjudicare poſſit. Ab his etiam expenduntur literæ Regis ac interceſſiones, & ſi quid eſt in iis vitioſum aut ſuſpectum, repudiantur. Quantum ad crimina & maleficia pertinet, etiamſi Rex alicui

ignoſcat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

noſcat & pœnam remittat, tanta eſt tamen illorum in his rebus ſeveritas, ut ſpe impetrandæ gratiæ, nemo fere audeat aliquid gravius deſignare. Quamvis enim victi aliquando Regis auctoritate, nimioque favore, diſſimulare & actionem intermittere cogantur: tamen ubi favor ille paulatim deſiit, eum qui deliquerit, gravius multo puniunt, quam ſi intercesſionem nullam obtinuiſſet. Accedit, quod perpetua eſt ipſorum functio, & niſi propter atrox aliquod facinus non removentur loco. quod cum objicitur, ad reliquum ſenatum ejus rei quæſtio defertur. Quod ſi forte non ſervata juris formula de gradu quis dejicitur mandato Regis, tum qui vel detulit, vel qui locum alterius vacantem occupavit, non eſt quod ſolidum ſibi gaudium illud polliceatur. nam ut ſui facti rationem accuratiſſimam aliquando reddat oportet. Quo fit, ut propter hanc muneris perpetuationem, quando ſciunt, nihil ſibi poſſe, præter ſua ipſorum maleficia, fraudi ac detrimento eſſe, majori tum fide tum diligentia jus reddant. Eſt igitur ſumma per Galliam, ut diximus, auctoritas juris, quæ flecti quidem & variari gratia fortaſſe poteſt, everti autem & aboleri tota non poteſt: tametſi habeat ſuas maculas atque vitia, quę certe requirunt

emendationem, ut eſt rerum mortalium conditio. Tertium frenum eſt, uti demonſtravimus, Politia. Hæ ſunt leges atque decreta, quæ Galliæ Reges, alii poſt alios, fecerunt ac confirmarunt ſingulis temporibus, neque temere illis derogant: ac ſi faciant, populum non ſint habituri obſequentem, inprimis, quantum attinet ad ipſorum, hoc eſt regni Galliæ, patrimonium; quod ipſis alienare non licet, niſi magna cogantur neceſſitate, quæ multa Senatus deliberatione adeo curioſe examinatur & diſquiritur, ut propter incertitudinem venditionis, pauci earum rerum aliquid ſibi emendum, & ſubeundum eſſe periculũ putent. Quanquam enim Regibus conceſſum eſt uti frui poſſeſſionibus ac facultatibus regni, ſuo arbitrio: tamen omnium expenſarum rationes referuntur ad Quęſtores ac ærarii præfectos, qui illos minuendi poteſtatem habent, ſi vel immoderatos eſſe vel inutiles cognoverint, quod ſumma profecto ęquitate nititur, & communem utilitatem attingit. Niſi enim conſerventur & recte diſtribuantur publica regni vectigalia, & annui proventus, jam olim Regibus attributi, neceſſe eſt, cum bellum aut aliqua vis major incidit, ut populus magno ſuo detrimento pecuniam conferat. hoc igitur, veluti freno, nimia

Regum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

egum liberalitas coërcetur. Multæ qui-
em ſunt aliæ regni noſtri leges , quas
revitatis cauſa non recito, ac ſatis eſt
nihi, præcipua illa dixiſſe, quibus Re-
um authoritas temperatur. quod ad
pſorum laudem inprimis pertinet. Nam
quidvis poſſent, multo eſſent imper-
ectiores : ac ſicut Deus omnipotens,
ion idcirco , quia peccare non poteſt,
udicatur eſſe minor , ſed illuſtrior ſit
ejus, hoc ipſo, & admirabilior perfectio:
ſic etiam Reges, quum ſuis ipſi legibus
obtemperant, multo majorem laudem
merentur, & ad perfectionem propius
accedunt, quam ſi ad nutum ac volun-
tatem ſuam jubeant omnia fieri . & ad
hunc modum temperata ipſorum pote-
ſtas, proxime ad Ariſtocratiam acce-
dit, & firmius conſiſtit. Sunt in Galliis
etiam tres præcipui ordines , Nobilitas,
Populus, Vulgus. Hi ſinguli, pro ſua quiſ-
que conditione, ſuas habent leges ac in-
ſtituta, quibus utuntur, & adeo com-
mode ſunt invicem aggregati , ut ægre
facultatem habeant, alii alios opprimen-
di, aut etiam adverſus Regem conjuran-
di. De Eccleſiaſticorum ordine poſtea
ſum dicturus. Nobilitas igitur Galliæ,
ſive Equeſtris ordo , maximis fruitur
commoditatibus ac privilegiis, eoque fit,
ut magno quodam affectu Regem com-

plectantur, & vitam quoque pro ipſius ac patriæ ſalute profundant. Nec enim ullum pendunt tributum, & armatis licet ipſis eſſe quocunque loco, & multa habent vitæ præſidia, ſic ut non ſit opus, illiberalem aut quæſtuariam aliquam artem exercere. Hoc enim noſtris moribus minime illis conceditur, niſi forte domi maneant, ac rei familiari ſtudeant. Sed ſi Regem ſectari velint, habent quo ſe honeſte alant. Plurima enim ſunt domus & aulæ regiæ miniſteria, quæ ſolis nobilibus attribuuntur, qui ſinguli, partem aliquam anni, in iis procurandis conſumunt, & reliquum tempus vacuum habent ac liberum rebus privatis atque domeſticis adminiſtrandis. Hi omnes annuum accipiunt à Rege ſtipendium, & ampliora ſperandi magnas haben occaſiones. Principes autem viri, ac majoris dignitatis proceres, quoniam & ipſi Regis beneficentiam experiuntur, ac partem Reipublicæ procurant, Nobilibus, qui ſunt re familiari minus lauta, victum & alia ſæpe communicant. Deinde, Reges perpetuum alunt & ampliſſimum equitatum, exercendæ & alendæ cauſa nobilitatis, ac in tanto equitatus numero, plurimæ ſunt præfecturæ, quæ in illos diſtribuuntur: eaque ratio non minus pacis quam belli tempore durat.

Majo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

Majoris quidem loci Nobiles, pro ſua quiſque conditione ac virtute, præficiuntur equitibus: ex reliquis autem alii ſunt legati, alii ſigniferi, alii equites cataphracti, alii ſagittarii, & qui per ætatem non poſſunt ferre arma, reliquis famulantur, & cum nullum intercedit bellum, licet ipſis manere domi, ſuiq; ſtipendii partem non mediocrem parſimonia conſervare. Ad hæc nemo credat, quam multæ ſint per Galliam præfecturæ, ut ſic dicam, urbanæ, quæ ſoli nobilitati committuntur. nam alii provinciis, alii civitatibus, alii oppidis, alii finibus, alii caſtellis & arcibus, alii vicis præficiuntur: ut interim nihil dicam de majoribus illis muneribus, quæ Principibus tantum tribui ſolent, cujuſmodi ſunt, qui noſtra lingua dicuntur *Conneſtablij*, *Mareſcalli*, *Ammiralij*, & id genus alii. Sed & annuam pecuniam, velut honorarium quoddam, Reges liberalitate quadam elargiri ſolent in multos nobiles, qui nulli ſunt addicti miniſterio: hi appellantur noſtra lingua *Penſionarij*. Satis igitur ex iis, quæ diximus, apparet, ordinem Equeſtrem valde honeſte & liberaliter in Galliis haberi: & recte quidem. nam & patriam ab hoſtibus defendunt, & natura fere cæteris antecellunt, & non ſolum ipſis, verum etiam majorum ipſorum meritis

atque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

atque virtuti iſtud tribuitur. Alter ordo ſuas etiam habet commoditates, non exiguas. Ad hunc pertinent mercatores, qui eo faciunt majorem quæſtum, quod tuto ipſis per Galliam proficiſci ac negotiari licet, tum, quod nobiles & mercaturam nullam exercent, & ſplendide fere ac ſumptuoſe veſtiuntur. Huic etiam ordini conveniunt ac fere tribuuntur Quęſturæ & rationes nummariæ, item Præturæ, & quicquid ad Iuriſdictionem pertinet, qua ſane in re plurimum eſt honoris ac emolumenti. Sunt enim in Gallia Iuris adminiſtri, Iudices, Advocati cauſarum, Procuratores, Scribæ, & id genus alii, multo plures mea quidem ſententia, quam in reliquis omnibus orbis Chriſtiani provinciis: quod peropportune illis accidit, qui relicta mercatura, his rebus operam navare volunt. Et adeo quidem eſt fructuoſus hic ordo, ut nobiles etiam invideant. quanquam certe dignitate atque ſplendore reliquis præſtant, & qui ſunt alterius ordinis, fere ſtudent ad hunc pervenire, ut poſtea ſum dicturus. In tertio genere eſt Vulgus & promiſcua hominum multitudo, qui & agros colunt, & omnis generis artificia tractant. Vt autem hi vel nimia utantur libertate, vel admodum ſint divites, vel in armis etiam exercitati, non

eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

eſt conſultum. Nam quia conditionem ſervitutis oderunt omnes, & natura ſuas fortunas amplificare ſtudent, facile ſit, ut arma capiant & potentiores opprimant: quod & in Galliis & aliis in locis non ſemel accidiſſe conſtat. Vt autem ejuſmodi ſint ordines, ac velut gradus in omni Republica, neceſſe eſt: quemadmodum in corpore humano videmus infirmiora & ignobiliora membra ſubminiſtrare dignioribus. Neque tamen eſt, quod hi ſuum ſtatum deplorent ac indigne ferant, quoniam & jus communicatur ipſis æquabiliter, & quam à majoribus acceperunt, ea utuntur libertate, & multis etiam Reipublicæ miniſteriis adhibentur, & ſola virtute ac induſtria & aſſiduitate poſſunt ad ſecundum ordinem emergere; quod ſecundo non licet, ut ad primum videlicet evadat, niſi Regis beneficio ſingulari, quod ille ſolet iis impertiri, qui aut jam fecerunt, aut pro Republica videntur poſſe aliquid facere egregie. Et prudenter quidem iſtud eſt inſtitutum. primum, ut ordo conſervetur Equeſtris, qui propter belli exercitium fere minuitur, & ſumptus vix tolerat: deinde, ut homines tantis excitati præmiis, virtute contendant, & ad ſuperiorem gradum eluctentur. Hac etiam ſpe confiſi qui ſunt plebeii & infimi

infimi ordinis, adſpirant ad ſecundum, & cum in eo verſati fuerint aliquandiu, ad primum. Itaque fit, ut minus ſit inter ipſos invidiæ ac malevolentiæ, quando vident meritis ac virtuti patefactam eſſe viam ad ampliſſimos honores, & propoſitum eſſe periculum, ſi malis rationibus eoſdem obtinere ſtudeant. Quod ſi vel conatus nimium difficilis, vel ſpes nulla eſſet ampliora conſequendi, tum qui ſunt mediocris & infimi gradus, magni præſertim animi, cauſam reperirent & occaſionem excitandi motus, & ſui ordinis homines contra potentiores armandi. nunc autem minime difficilis eſt ratio, & videmus, quam multi ex humili ſæpe loco ad ſummum faſtigium evadant. Hanc quoque rationem diligenter olim ſervabant Romani. nam à populari ſtatu gradum faciebãt ad ordinem Equeſtrem, & huic deinde ad Patriciam & Senatoriam dignitatem patebat aditus. Eſt præterea ordo Eccleſiaſticus, nulli non communis, qui modo animum huc adjiciat, & pro Galliæ conſuetudine non raro accidit, ut etiam homines plebeii, virtute ac eruditione præſtantes, ampliſſimos in eo genere conſequantur honores: Cardinalatum aliquando, vel Pontificatum etiam. quæ ſane res ad virtutem ac literarum ſtudia homines inflammare poteſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

poteſt. Quare ad Reipublicæ utilitatem ſemper exiſtimavi pertinere, ut mos ille ſervetur, conferendi Sacerdotia & Eccleſiarum facultates iis, qui ſuæ diligentiæ ac literaturæ documentum aliquod egregium dediſſent. Niſi enim ita fiat, potiſſima pars earum facultatum erit in poteſtate Principum ac Epiſcoporum, qui ſuis deinde familiaribus atque ſervulis ea diſtribuunt: reliqui autem, qui Romæ & apud Regem nullos habent amicos atque ſolicitatores, fruſtra laborem omnem ſumunt. Neque tamen hoc ita velim accipi, quaſi in ea ſanctione & lege, quam Pragmaticam noſtri vocant, nihil ſit vitii. non enim hoc mihi ſumo diſputandum; ſed, quod publice mihi profuturum eſſe videtur, expono. Vellem equidem inveniri poſſe aliquam in eo rationem, quæ & Reipublicę Galliæ & Romanæ quoque Curiæ ſit non incommoda: ſed plura de eo non ſum dicturus in hoc loco. Quæ autem dixi omnia eo pertinent, ut oſtendam quam apte & venuſte inter ſe cohæreant omnes regni ordines, è quibus ſi quis aliquid delinquat, facilis eſt medicina. Nam ſi nobiles injuriam cæteris faciant, coërcentur ab iis qui jus reddunt, quorum eſt tanta auctoritas, ut quantumvis magni Principes eorum cogantur parere decretis. quod ſi

populus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

populus etiam atque vulgus aliquid m
liatur, ut nonnunquam accidit, non e
difficile nobilitati, propter potentiam,
uſum armorum, illos ad æquitatem
officium adducere. eoque fit ut ſuaru
rerum finibus ac veluti cancellis ſeſe co
tineant omnes, ac pacem alii cum ali
colant, quando neque cauſam haben
neque facultatem etiam aliquid conan
di, & periculum in eo ſummum eſſe vi
dent. Itaque Regem tanti beneficii au-
ctorem complectuntur, & amant om-
nes, ac cum tempus incidit, libentiſſime
imperata faciunt, & publicis neceſſitati-
bus magno ſtudio ſubveniunt. Quod ſi
privatim aliqui ab officio diſcedant, pa-
rata ſunt remedia, ſic, ut malum non
poſſit longius progredi. Et hæc quidem
ſatis eſt dixiſſe, ut demonſtrem quod ſu-
pra diximus, Galliam optime conſtitu-
tam eſſe legibus. Nunc ad alteram par-
tem venio, quæ plurimum habet, ut dif-
ficultatis, ita etiam utilitatis. nam & quæ
ſint noſtræ Reipublicæ vitia, & quem-
admodum ea debeant emendari, com-
plectitur. Ac ſane magnitudo rei non u-
nius modo ſed multorum peritiſſimo-
rum hominum ſententiam poſtulat.
quod tametſi ita ſit, tamen ſtudium &
amor Reipublicæ perſuadent ac prope-
modum impellunt, ut quicquid & labore
& in-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

ingenio & rerum tractatione atque
u, multis nunc annis, quos publicis ne-
otiis impendi, cognitum atque medita-
um habeo, proferam. Nemini vero le-
em aut modum hic ullum præſcribo,
d quod conveniens & utile mihi vide-
ur, explano, & iis qui melius rem cogno-
unt, judicium permitto. Et quoniam in
uſmodi Republica, qualis eſt noſtra,
otum à Rege dependet, præcipuum ac
ummum eſſe videtur, ut ſit vir bonus
tque prudens. Nam ſi populum habeat
ibſequentem, facile efficiet, ut quæ bonæ
int & ſalutares leges, vigeant atque ſer-
entur, quæ vero minus, hæ ut abrogen-
ur: Deinde, cum recte vitam inſtituit,
oribus & exemplo ſuo prælucet omni
opulo, & ad ſui imitationem incendit,
c cum Reipublicæ ſtudium in eo appa-
et, reliqua Præfectorum turba mini-
um audet ab officio recedere, & pro-
iſcue omnes elaborant, ut ne quid ani-
nadverſione dignum faciant. Iam vero,
in Regibus hæ quatuor ineſſent virtu-
es, ingenium, experientia, prudentia, &
mor Reipublicæ, nihil deſiderari poſſet
mplius: ſed quoniam vix pauci repe-
iuntur tales, & ut fortaſſe reperiantur,
amen quoniam imperii, non virtutis eſt
æreditas, & quia vis tota in actione con-
iſtit, veniendum eſt nobis ad earum re-
C rum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

rum, quas in bono Principe requirim
explicationem, quod & Ariſtotelem
lexandri Magni præceptorem, & al
complures doctos & exercitatos hom
nes, feciſſe conſtat, traditis totius v
præceptis. Quomodo autem regenda
Reſpublica, & quibus virtutibus op
teat principes viros eſſe ornatos, de
rebus omnibus adeo luculenter & copi
ſe multi ſcripſerunt, tam Græci qua
Latini, atque etiam noſtræ linguæ hom
nes, ut nimis prolixum ac plane ſupe
vacaneum ſit ea omnia congerere; tem
rarium autem, velle aliquid iis adjicer
Nulla enim nova ratio inveniri pote
quam non ſuperioris ætatis homine
demonſtrarint. ſed dialogis nonnul
rem tractarunt, ut Ariſtoteles & Xeno
crates, & Thomas Aquinas: alii ver
hiſtorice, ut Xenophon, in eo libro, quem
inſcripſit Pædiam Cyri, quem regem de
ſcribit, ejuſque vitam & mores & res ge
ſtas commemorat, non quidem, quo
revera is fuerit, ſed quod talem eſſe opor
teat, qui boni Principis perſonam ſuſti
nere velit. Eſt enim Cyrus ab illo non ad
hiſtoriæ fidem ſcriptus, ſed ad effigiem
juſti imperii. Alii orationibus aut pane
gyricis rem demonſtrant; ut Cicero, dum
Pompeii laudes recitat, & Plinius, dum
Trajanum Cæſarem prædicat; ejuſque

generis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

eneris quædam conſcripta ſunt etiam
oſtra lingua. Sunt alii, qui cum Princi-
um facta commemorant, virtutes eo-
um celebrant, ut reliquos ad exemplum
avitent, ac vitia quoq; graviter ac odio-
e reprehendunt, ut homines deterreant.
uo quidem in argumento præſtat Vale-
ius Maximus, qui non modo Romano-
um, ſed & exterorum præclare atque et-
am improbe turpiterque facta diligen-
iſſime conſcripſit. Quod ſi viri principes
vel legerent ipſi, vel ab aliis audirent e-
uſmodi libros recitari, & menti animo-
que infigerent optima, quibus ii libri
unt referti, præcepta, non eſſet iis opus
illa inſtitutione majori: ſed quoniam
earum rerum omnium recordatio &
uſus difficilis eſt, propter prolixitatem
& multitudinem, tum etiam propter
humani ingenii atque naturæ infirmi-
tatem, inprimis autem, quoniam Princi-
pes & qui magiſtratum obtinent, ſi ſunt
prudentes, gravibus implicantur nego-
tiis, & parum habent vacui temporis,
aut ſi ſunt ætate minores, delitiis atque
voluptatibus fere ſe tradunt: his de cau-
ſis, quę mihi videntur ad bene gubernan-
dam Rempublicam Galliæ inprimis per-
tinere, paucis comprehendam. Ita fiet,
ut nec illos, qui ſeriis rebus occupan-
tur, ab labore & induſtria revocem, nec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

iis, qui ſeria parum curant, moleſtiam aut faſtidium adferam. Atque iſtud eo paratius aggrediar, quod Regem, qui nunc præeſt, ea bonitate ingenii eſſe confido, ut quæ optima eſſe cognoverit, libenter ſit amplexurus, & Deum habiturus propitium, qui cum corda regum in ſua poteſtate habeat, orandus eſt, ut ſana conſilia magiſtratui ſuggerat. Primum ergo generatim de iis, quę huc pertinere videbantur, verba faciam, antequam alia quæ ſub ipſo genere latent, in medium adferam; medicorum exemplo, qui cum aliquid in ægroto deprehendunt, quod cauſam alicujus magni morbi adferre poſſit, ſolent ei tantum malo providere atque conſulere, interim autem de eo, quod totius valetudinis recuperationem attingit, nihil ad tempus præcipiunt. Inprimis cavendum eſt Regi, ne quid immoderate aut præcipitanter ulla de re ſtatuat, ſed ſuorum utatur conſilio, ſicut præſtantiſſimos ſemper viros in rebus magni momenti feciſſe conſtat. Nam & Moyſi Deus attribuit homines prudentes ex tota multitudine delectos, quorum adjutus conſiliis rem adminiſtraret. Fieri enim non poteſt, ut unus aliquis, aut etiam pauci quidam, quantumvis excellentes, tantam imperii molem ſuſtineant, imo negotiorum mul-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

ıultitudo caliginem quandam mentis
bducit iis, qui nimium in ſe recipiunt.
uia nec ingenii ſatis habere poſſunt,nec
tiam temporis, ut idoneè res omnes
onſiderent : & valde peccatur, cum
ıbito ac tumultuoſe aliquid agitur. Sed
rovidendum eſt etiam, ne, quod taci-
um & arcanum eſſe oportet, cum pluri-
us communicetur. Sæpe enim fit, ut
ıonnulli propter locum ac dignitatem,
uam obtinent, ſint adhibendi conſul-
ationibus, & quod majori parti viſum
uerit, illud fere decerni ac recipi ſolet:
ed in eo ſæpe periculum eſſe poteſt,quo-
ıiã èx multis perpauci, ingenio ſimul &
ıſu rerum atque judicio præſtant. Cum
ergo magna ſit in eo difficultas, & quia
conſiliariis carere Principes omnino
non poſſunt, opus eſt, mea quidem ſen-
tentia, ut præter Iuris adminiſtros, de
quibus antea diximus, Rex inſtituat treis
Senatus, quibuſcum de rebus omnibus
deliberet,exemplo Servatoris noſtri, qui
præter ſeptuaginta duos diſcipulos, ha-
buit apoſtolos duodecim,in iiſque ſolum
tres maxime familiares, Ioannem, Iaco-
bum, Petrum, quibus & ſuam divinita-
tem ſeparatim oſtendit, & de morte at-
que cruciatu ſuo, quum jam ejus cogita-
tione vehementiſſime perturbaretur,
plurima dixit, quinetiam in his tribus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

Ioannem præ cæteris valde complexu fuit, ut ſacræ literæ teſtantur. Ad eundem quoque modum, de publicis negotiis Rex cum frequenti concilio communicabit, cui interſint Principes, Epiſcopi, Cubicularii, & id genus alii Præfecti domeſtici, ac, ſi res ita poſtulet, Senatus ac Iudiciorum præſides, ac primi nominis conſiliarii, & omnes in quibus aliquid eſt dignitatis atque conſilii. & ſi forte abſint, evocandi erunt. quod tamen raro ac tunc ſolum eſt faciendum, quando de ſumma rerum agitur, cum vel bellum eſt ſuſcipiendum, vel ferendæ novæ leges, aut aliquid ſimile. Tunc enim ex præcipuis regni civitatibus adhibendi ſunt prudentiores, & hic quidem Senatus non eſt perpetuus, verum temporaneus. Illud vero dicitur perpetuum & ordinarium Concilium, cui adhibentur ii, qui Regem fere comitantur, in eoq; concilio tractari debent ea, quæ maturam quidem & gravem deliberationem, ſed tamen nullam requirunt taciturnitatem. Sæpius autem cogi debet hoc concilium, etiamſi negotiorum magnitudo non flagitet. in tanto enim regno fieri non poteſt, quin novæ quotidie res offerantur, quæ conſultationem requirant. Quod etiamſi nihil fere in deliberationem veniat: tamen ipſe conventus per ſe

laudem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

ıdem quandam ac honeſtatem habet, incidit ſemper alicujus rei mentio, quę turis etiam actionibus accommodari oſſit. Ad hoc autem munus eligendi nt viri boni ac prudentes, & Reipubli- amantes: neque ad generis nobilita- m aut conditionis amplitudinem, ſed l ſolam virtutem ac integritatem reſpi- endum eſt: quoniam Reip. ſalus in eo ertitur. Hi numero eſſe poſſunt, ad duo- ecim, aut etiam paulo plures, ſi modo ui ſunt idonei, reperiantur: nec ulli, qui on ſit in hunc numerum adſcriptus, oncedi oportet, ut ſeſe ingerat, niſi forte liquid ſit oblatum, de quo alius extra oncilium hoc plura & certiora cogno- cat. ſed raro faciendum eſt ita, & non ni- i gravi de cauſa, ne paulatim alii minus ipti ſeſe inſinuent. Atque ut ſingula or- line gerantur, neceſſe eſt, ut vel Rex ipſe conſultationibus præſit, vel ex omnibus aliquem conſtituat Præſidem, cujus ea ſit virtus, ut reliqui, non tam propter eum gradum ac dignitatem, quam pro- pter ingenium, in honore ipſum ha- beant. Sed profecto utiliſſimum eſt, ut ei concilio frequenter interſit ipſe, præ- ſertim quum arduis de rebus agitur. Ne- que enim ſatis eſt, ut decretum ei recite- tur, quod plene perfecteque intelligere non poteſt, niſi coram audiat diſceptari.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

Quum etiam adeſt ipſe diſputationibus, ingenia ſuorum melius cognoſcit, & quibus optime uti poſſit, intelligit, & ſtudium in illis excitat, ut & diligenter omnia ponderent, neque fraudem admittant, quando illum ſuæ eruditionis & animi teſtem atque judicem præſentem conſpiciunt. Ex hoc autem numero tres aut ad ſummum quatuor, quorum virtuti plurimum tribuit, ſibi deliget, quibuſcum de rebus oblatis, antequam ad concilium deferantur, communicet. Fieri enim poteſt, ut aliquid occurrat, quod non oporteat à multis cognoſci ac deliberari, vel ideo quod ſilentio tegendum ſit, vel quod ad aliquem ejus concilii proprie pertineat. Cum iis re diſceptata, cognitiſque eorum ſententiis, multo facilius & perfectius, quale ſit reliquorum judicium, æſtimabit. Cum etiam in frequentiori concilio decretum eſt aliquid, ſeparatim cum iis, quos dixi, paucis, de eo colloquetur. nec enim ſtatim optimum eſt, quod major pars judicaverit. Quod ſi vel diſſidere ipſos, vel opinionibus variare videat, vel communem illorum ſententiam non per omnia probet, nihil in præſentia decernet, ſed graviori cogitationi rem ſervabit, & ſi firmam habet ſui judicii rationem, leniter ac ſine ulla repræhenſione, in proximo deinde con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

e conventu, cauſas proferet, cur aliter,
uam ipſi arbitrentur, faciat. aut ſi ſilen-
ium res poſtulabit, diverſum ab eorum
ententia faciet, ac tunc demum ſui facti
rationem illis explicabit. Sed raro, ac non
niſi graviſſima de cauſa, diſcedendum
eſt ab opinione communi, quoniam
& periculum in eo eſſe poteſt, & illi, ſi
repudiari plerumque ſua dicta videant,
offenſionis cauſam habituri ſint, & ſtu-
dium diligentiamque remittent. pru-
dentiam igitur adhibebit & caveat, ne
his authoritatem omnem, illis vero nul-
lam tribuat, inprimis autem, ne ſingu-
larem aliquem in tanto habeat honore,
ut reliqui diſſimulare, & illius omnia di-
cta factaque probare cogantur. Nam
alioqui ſervitutem ſibi comparabit ipſe,
& auctor illi ſit futurus, ut ſui commo-
di privati cauſa, Reipublicæ plurimum
noceat. Æquitatem enim vix eſt ut ſer-
vet, qui ſummam rerum occupat, quan-
tumvis etiam natura ſit bonus, & inte-
ger. Vbi vero præcipuam alicujus vir-
tutem atque fidem perſpexit, non teme-
re fidem iis habebit, qui de illo aliquid
deferent, & delatori, ſi falſum eſſe com-
pererit, pœnam denunciabit, & tam e-
jus qui accuſatur, quam qui accuſat, per-
ſonam atque cauſam totam diligenter
conſiderabit, & ſi fictum eſſe judicabit,

eum qui detulit,graviter atque ſevere caſtigabit, & delatum interim certiorem faciet,tacito alterius nomine, ut videat quemadmodum ſeſe purget.Quod ſi crimen ſit ejus generis, ut ad ipſum aut ad Rempubl.pertineat, diſſimulanter eum, qui delatus erit,obſervabit,& ſi forte qui detulit, fidem facere velit ejus quod dixit, non eſt repudiandus. Nam ſi ſecus fiat,hoc ſit aditum prçcludere iis,qui Regem de ſua ſalute velint commonefacere.Ac ſicut levitatis eſt,omnibus indifferenter habere fidem,qui aliquid deferũt: ita quoque imprudentiæ eſt, repudiare omnes, qui quaque de re aliquid enunciare velint. Mediocritatem ergo ſervet, & quibus auctoritatem tribuit, iis non ſic indulgendum eſt ut putent ſibi quidvis impune licere, ſed continendi ſunt in metu, ut indubitato ſciant, ſi quid præter officium fecerint, pœnam daturos. Vt autem ex omnibus unum aliquem habeat ſibi præ reliquis familiarem,quicum de rebus privatis atque domeſticis loquatur, non repugno, & magna felicitatis parte careat, hoc ei ſi non eſſet conceſſum: ſed in rebus arduis atque ſeveris minime iſtud recipiendum eſt. Nemo enim unus cuncta regni negotia ſatis aut noviſſe aut procurare poteſt,& quo quiſque prudentior eſt,eo minus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

nus tantum onus in ſe recipere volet, niſi forte ambitione & arrogantia ſit dementatus. Nullam rem igitur majoris momenti Rex occultam habebit, ſed quibus plurimum fidit, iis totum ſe patefaciet. Non minus enim eſt aliquando in tacendo vitii atque periculi, quam in efferendo. Caveat autem, ne cui ita ſit familiaris, ut in rebus magnis polliceatur, ejus, quod occulte per indicium cognoverit, nihil ſe dicturum aliis. Nam qui ſunt improbi ac ſcelerati, facile ſic occaſionem arripiant ſtruendę calumnię, ac futurum ſit, ut delata re aliqua, & per invidiam ſæpe ac odium excogitata, ſuſpicionem graviſſimam concipiat, & propter ſilentium promiſſum, acerbe ſe affligat ipſe, nulla de cauſa, & aliquid deſignet, cujus ipſum poſtea pudere ac pœnitere oporteat. Prius ergo, quam familiares illos ſibi faciat, fidem eorum ac taciturnitatem exploratam habeat, ut non minus tuto & libere cum illis, quam ſecum ipſe loqui poſſit. Multa enim magna & præclara ſæpe negotia interierunt, propter non præſtitum ſilentium: & accidit non raro, ut qui utiliter ac prudenter aliquid excogitarunt, invidiæ metu non auſit pronunciare, veriti ne non ſit tacitum. Inprimis autem oportet, ut hujus, de quo loquimur, concilii decreta ſint

quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

quam maxime arcana. & quanquam jurejurando ſilentium illi polliciti ſunt, tamen cum aliquid incidit majoris momenti, Rex per occaſionem denuo ipſos fidei & officii ſui commonefaciet. ac ſi comperiet aliquid emanaſſe, dabit operam ut cognoſcat à quo ſit elatum, & auctorem ubi repererit, pro magnitudine rei vindicabit, ut alii exemplo deterreantur. Cum etiam res quæ in deliberationem venit, eſt ejus generis, ut ſi quod de illa decretum eſt, efferatur, periculum ſit, ne tota corruat & evertatur, cujuſmodi eſt belli deliberatio: cognitis omnium ſententiis, nihil illis præſentibus decernet, verum ſecutus ſaniorem ſententiam, quod animo concepit, exequetur. Quanquam ſane tutiſſimum mihi videtur, ut uni atque alteri quibus maxime omnium fidit, quid ſui ſit conſilii demonſtret, præſertim ſi parum ſe judicabit ejus de quo agitur, eſſe peritum, in eoque præſtat, ut ſummiſſe de ſe potius, humiliterque ſentiat, quam ut nimium per arrogantiam ſibi ſumat. Hæc fere ſunt, quæ mihi videntur ad præſens argumentum pertinere. Nam ſi ad hunc modum, ut dixi, concilium inſtituatur, nullum poteſt tantum evenire diſcrimen aut incommodum, quod non facile depellatur, quandoquidem nihil fere incidere

poſſit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

poſſit, de quo non antea diu multumque ſit in omnem partem cogitatum. Quo fit etiam, ut minori motu atque detrimento populi occurratur impendenti malo, quod fieri non poteſt, quando in ipſo negotio conſilium repente ac tumultuoſe capiendum eſt. Quamvis autem ea, quæ dixi, ſatis videri poſſint: tamen quoniam plerique, quo ſunt doctiores ac prudentiores, eo magis dubitare ſolent, ac plura ſemper inveſtigant, nonnulla ſum adjecturus, quæ ad tuendum & amplificandum regnum pertinent: quorum alia domeſticam, alia vero externam adminiſtrationem attingunt. Et primo quidem hoc mihi velut fundamentum ſumo. Res omnes iiſdem cauſis conſervari, quibus ex cauſis ortæ ſunt ac procreatę. Iam, quomodo natum ſit Galliæ regnum & ſtabilitum, ſupra demonſtravimus: iiſdem ergo rationibus confirmari deinceps magis atque magis & augeri quoque poſſit. ſed quoniam pleraque & majorem explicationem deſiderant, & à noſtris hominibus fere neglecta ſunt hactenus, paulo ſum de illis dicturus accuratius. Quod igitur antea diximus de tribus illis retinaculis ac veluti frenis, quæ Regum impetus vehementiores demorantur atq; ſiſtunt, totum hoc æquitate nititur. nullam rem enim aut Deo magis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

magis gratam, aut populo magis ſalutarem, aut honeſtiorem etiam Rex facere poſſit, quam ſi diſciplinam illam ſevere conſervet. Hac enim virtute atque merito fit, ut populi tutor atque pater appelletur, quod ſi vero ſecus agat, & ſuo arbitrio quidvis faciat, voluntates hominum alienat, & crudelis atque tyrannus ab omnibus nominatur. Et quoniam actionum noſtrarum omnium initia & exitus ad Deum referri debent, Religionem diligenter Reges procurabunt: Galliæ Rex inprimis, quem Deus omnium ampliſſimo fructuoſiſſimoque regno donavit, cujus etiam majores, egregiis atque prę̨claris ſuis factis, ut CHRISTIANISSIMI dicantur, effecerunt. quo magis pudendum ſit, non inſiſtere illis veſtigiis, & ab ipſorum degenerare virtute. Operam ergo dabit, ut Fides ac Religio Chriſtiana ſit inviolata: ut nullæ hæreſes aut ſectæ, jam olim damnatæ, in populo reſideant: ut nomini Servatoris noſtri nulla fiat ignominia, quod plerique nimis licentioſe faciunt. eam vero petulantiam gravibus exemplis atque pœnis coërcebit, ſi Deum velit habere propitium: permultum enim ſceleris eſt in ea conſuetudine, quæ noſtris jam moribus prope nullam habet infamiam. Eccleſiæ vero Apoſtolicæ magnum inprimis

nis deferet honorem, eoque magis,quo ecundiori ſunt uſi fortuna,propter eam ietatem, & pluribus adfecti beneficiis, pſius anteceſſores. Vt etiam Eccleſiis mnibus per Galliam ſua jura ac privi-egia conſtent, & ut Eccleſiarum præfe-ti ſuum faciant officium, magno ſtu-lio providebit, & quod in ea re vitii de-rehenderit, per eos, quorum intereſt, mendari præcipiet. Neque enim ſatis ſt, quæ recta ſunt & honeſta, noviſſe, erum ad actionem prodeundum eſt,id-que cumprimis decet eos, qui præſunt a-iis, maxime vero Regem, cujus nullum actum obſcurum eſſe poteſt.&quoniam uiPrincipis mores fere ſequitur populus, laborare debet, ut optimis honeſtiſſi-miſq; vitę exemplis pręluceat.Eccleſiaſti-i autem ordinis homines,eos præſertim qui præſunt admiſtrationi ac toti diſci-linæ, in honore habebit: ſic tamen, ut ua ipſi Majeſtas conſtet. Multum in ea e peccatur, tum hîc, tum aliis in lo-is. quod etſi vitiis illorum ac impuræ itæ tribui fortaſſe poteſt: ordini tamen pſi nihilominus honor ſuus atque cul-us impendi debet: ſicut regiæ dignitati tque ſplendori, propter ipſius Regis ne-uitiam, nihil decedit.Permultum enim ſt ubique vitiorum, nec ullum eſt vi-æ genus, quod non emendationem

requi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

requirat. Sed Reges incuſari poſſunt,qu
minus idoneos Eccleſiis ſæpe præficiunt
plus enim eſt in eo peccati, quam cred
poſſit: nam & miſerorum hominum ſa
lus periclitatur, & plerique dum in illo
intuentur remolleſcunt,eorumque ſimi
les evadunt. Perſuadeant ergo ſibi Prin-
cipes, hoc uno facto Deum graviſſim
offendi,eoque magis,quo majorem iſtud
apud nos jam habet, noſtris moribus,
excuſationem. Nam ſi in iis rebus quæ
proprie ad ipſos pertinent, magno ſtu-
dio & ſollicitudine conquirunt ac ſibi de-
ligunt, quos in quaque re maxime ex-
cellere arbitrantur, coquos, tonſores,
venatores, aucupes, equorum domito-
res, ſatellites cuſtodiæ ſuæ cauſa, item
belli duces ac militum præfectos: quo-
modo tandem in aſpectu Dei conſiſtent,
quod Eccleſiæ, quam ſanguine ſuo Chri-
ſtus in libertatem vindicavit, eos præ-
ponunt,qui vel flagitioſis moribus atque
vita populum à recta ſemita deducunt in
præcipitium, vel etiamſi non turpiter ac
ſceleroſe vivant, tamen omni deſtituti
doctrina, ſuum officium facere non poſ-
ſunt? Certe,ſi quemadmodum nomine,
ita quoque re ipſa volumus eſſe Chriſtia-
ni,& ſi quidem Evangelio ac ſacris literis
fidem eſſe habendam putamus, ita ſta-
tuemus, nullam poſſe Reipublicæ Chri-
ſtianæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

ſianæ graviorem plagam infligi. quicquid enim eſt vitiorum, ex eo fonte proluit atque redundat. Nam ejuſmodi Eccleſiarum proceres, Epiſcopi ac id genus alii, inferiores deinde præfecturas ac populi curam, ſui ſimilibus, hominibus indoctis atque vitioſis committunt, & facultates illæ atque poſſeſſiones, in optimos honeſtiſſimoſque uſus olim contributæ, nequiter & indigne conſumuntur, & Religio ipſa in ludibrium atque contemptum adducitur. Et quanquam huic ordini nomen ipſe dedi, tamen quod res eſt, dicam. nec enim hoc agitur, ut aliqui de ſuo ſtatu dejiciantur, verum ut ſinguli officium ſuum faciant, & offenſiones è medio tollant, & non ſolum ejus populi, quem curandum ſuſceperunt, ſed totius etiam Eccleſiæ miſeriam & incommoda conſiderent. Vix enim paucos reperire liceat noſtri ordinis homines, ad quos earum rerum omnium emendatio proprie pertinet, qui poſſint cum dignitate & velint intereſſe Concilio publico, atq; ibi, quę neceſſaria ſunt ad communem omnium ſalutem, explicare ac in medium conſulere. Quod ſi vel mediocris aliquis numerus eorum, qui ad ejuſmodi rem ſunt idonei, reperiretur, dubium non eſt, quin pleraque omnia commodiorem in ſtatum brevi perveni-

rent. Veritas enim apte patefacta & demonſtrata, ſemper in ſuo gradu conſiſtit nec ulla vi expugnari poteſt, ac Deus immortalis conſilio & ope ſuis perpetuo ſuccurrit, ut ſingulis temporibus, & hac quoque memoria non ſemel obſervatum eſt. Parum quidem iſta quæ dico pro me faciunt, ſi ſpectem emolumenta: ſed ea vis eſt veritatis, ut etiam ii, qui factis & moribus illam pernegant, neceſſe tamen habeant, & propemodum cogantur, ſi non ſermone ac palam, tacite tamen & conſcientia teſte, illam profiteri. Cum igitur à noſtro ordine vehementer peccatum eſſe ſciam, non gravate culpam agnoſco: atque ita ſentio, primum ac potiſſimum delictum in eo verſari, quod Epiſcopi populo ſibi commiſſo non cohabitant ipſi, verum alii aliis de cauſis, quæ prope omnes ab ambitione originem ducunt, aut Romani Pontificis, aut Regum ſectantur familias. Huic certe malo, quantum meæ facultatis erit, medebor, ac Deum precor, ut conatum ac ſtudium meum promoveat, & iis, quorum ad curam proprie pertinet ſanare morbos & emendare vitia, clementer adſit. Eſt enim officii noſtri, ut in eo diligenter elaboremus, & detectis erroribus, in viam redeamus ipſi, & aliis, ut ad ſanitatem revertantur, ſimus auctores atque duces.

duces. Quod ſi Rex animum huc applicaret, ac idoneis in eo uteretur adminiſtris: ſane, quæ nunc ſunt tempora, valde proficeret, ſuiq; propoſiti multos eſſet habiturus adjutores, ac nihil facere poſſet magis aut ſanctum aut illuſtre: neque Galliæ tantum, ſed toti etiam Reip. Chriſtianæ magnopere in omnem partem prodeſſet. Si enim, qui ſunt velut deprecatores ac interceſſores populi ad Deum, honeſte viverent, ſuumque facerent officium, exorarent ſine dubio ſuis precibus Deum, & complures ad emendationem vitæ perducerent, & placatus Deus, bellum, peſtem, annonæ caritatem & id genus alias plagas, quibus nos pro ſcelere noſtro ulciſcitur, auferret, ſuamque beneficentiam cumulate nobis impertiret. deinde, maxima vis pecuniæ, quam noſtri ordinis homines, Eccleſiarum præfecti, ambitione quadam & inexplebili cupiditate majora conſequendi, profundunt, non excederet provinciarum fines, quæ nunc à Romanæ curiæ ſectatoribus & alumnis, præter omnem modum expilantur ac diripiuntur. Hoc autem non ita velim accipi, quaſi putem Eccleſiarum proceres à Romani Pontificis & Regum familiis arcendos eſſe. minime enim iſtud arbitror. atque utinam multi ſint ea virtute & ingenio, ut Regum adhibiti conſiliis,

 publi-

publicam orbis terrarum ſalutem atque commoda procurent. ſummam enim laudem merentur, qui his de cauſis eorum ſectantur amicitiam, modo tamen interim Eccleſiis atque muneri ſuo ſatisfaciant. ſed oratio mea omnis ad eos pertinet, qui vel glorię vel amplificandæ fortunæ cupiditate quadam ſeſe ingerunt, & adeo nihil in commune proſunt, ut etiam vitæ ſuæ exemplo multos offendant. Et hæc quidem hactenus de primo retinaculo Regum, nempe de Religione, à qua ſalus ipſorum omnis dependet. Proximum eſt, ut Ius diligenter adminiſtrent. hac enim ſola ratione conſiſtunt imperia, quæ, niſi Ius obtineat, latrocinia verius dici poſſunt. Et quoniam beneficio Dei pulcherrimis legibus ac inſtitutis ornata eſt Gallia, Rex auctoritate ſua graviter ac ſevere illas conſervabit. proxime enim & ſecundum Religionem nihil eſt præſtantius, nihil utilius: & Reges idcirco Deus conſtituit, ut Ius cuique ſuum reddant: & plane ſit contra Regis officium, ſi quo modo Iuriſdictionem impediret aut labefactaret. Sicut etiam munerum Civilium & Eccleſiarum præfecti, niſi rem ſuæ fidei commiſſam diligenter & bona fide curent, nullo jure ſtipendium ſibi dari poſtulant, imo, ſi quid eis depenſum fuerit, æquum eſt

ut re-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

:reſtituant : ad eundem quoque mo-
um judicari debet de Regibus, qui jus
on colunt. Hoc enim Deus ab ipſis fla-
itat & requirit.& quanquam eo ſpecta-
: inprimis oportet:tamen ſive publicam
otius regni, ſive privatam ſuam utilita-
em conſiderent, ipſorum certe poteſta-
s firmamentum in hac una re conſiſtit.
uris enim adminiſtratio Regibus aucto-
itatem conciliat.alioqui copiis & exerci-
u paſſim continendi ſint homines in of-
icio atque metu. ſed natura vim omnes
derunt,& æquitate quovis adduci poſ-
unt,ideoq; legibus atque præclaris inſti-
utis multo plus quam vi armorum effi-
itur, ut omnium temporum documen-
a ſatis demonſtrant.Iam vero,etſi de Iu-
iſdictione,deque iis quæ committuntur
n ea re vitiis, plurima dici poſſunt : ta-
nen tria ſolum quæ ad Regem proprie
ertinent,explicabo.Primum eſt,ut viros
onos atque doctos Iuri dicundo præfi-
iat. & quoniam de iis judicare ipſe non
oteſt, negotium aliis dabit, ut ejuſmodi
onquirant, & de cujuſque doctrina at-
que virtute teſtimonium dicant optima
ide,ſicut noſtris legibus cautum eſt.Ipſos
vero judices atque Senatores commone-
faciet,ut ſincere agant, alioqui non latu-
ros impune,cumque ſe deceptum eſſe in-
telliget, vindicabit factum, ut ſint reli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

quis documento. Nam quoniam optimis legibus Gallia eſt conſtituta, ut paulo ſupra dictum eſt, nihil ad ſummam fœlicitatem ei deeſſe poteſt, modo ſint fideles ac Reipublicæ amantes earum legum adminiſtri: qui cum vel ſuas tantum fortunas augere ſtudent, vel emerendi favoris atque gratiæ cauſa, ab æquitate deflectunt, vel ingenio ac eruditione ſunt deſtituti, incredibilem Reipublicæ perniciem adferunt. Controverſiæ enim creſcunt ac producuntur in infinitum, & qui litigant, variis ſumptibus exhauriuntur: & nemo credat, quanta ſit ea provinciarum peſtis, eoque magis, quod horum in poteſtate facultates aliorum verſantur, & honos & exiſtimatio, in Galliis præſertim. Itaque ſi Rex, qui cuſtos eſt atque defenſor Iuris, ut antea diximus, hominibus improbis & avaris & ineptis rem tantam ſciens committat, æquum eſt, ut de damno & injuria, quæ cuique ſit ab illis illata, ſatisfaciat. quemadmodum præfecti, aut etiam mercatores, quod ipſorum procuratores atque negotiorum geſtores fecerint, præſtare ſolent. Et quoniam qui ſemel in hunc ordinem allecti ſunt, non removentur loco, niſi graviſſimis de cauſis, ut antea dictum eſt, Rex, ut eos in officio contineat, ſua ipſe voce nonnunquam interpellabit,

& gra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

graves multorum de ipſis querimo-
ias ad ſe deferri dicet: ſimul hortabitur
vere, ut quicquid eſt vitii, emendent,
enunciata pœna niſi faciant: & quos
ræ cæteris diligentes, aſſiduos & incor-
uptos eſſe cognoverit, eos novis ornabit
eneficiis, ac liberis etiam illorum præ-
tabit amorem, ut malis terrorem infe-
at, & bonos in ſpem atque expectatio-
nem adducat. Inprimis autem danda eſt
opera, ne largitiones locum habeant.
quod fieri ſolet, cum ii, qui rem non in-
telligunt, pro aliis intercedunt, eo freti,
quod facilem habent aditum. ſed com-
mendationibus horum nihil movebi-
tur, nihilque tribuet, niſi legitimas eſſe
cognoverit. cumque munus aliquod ejus
generis vacabit, tacite rem cum ſuis agat,
& ubi illorum judicio repererit idoneum,
ſua ſponte nulloque intercedente bene-
ficium ei conferat. Sic enim corruptelam
omnem atque fraudem excludet, &
qui ſunt affecti beneficio, ei ſolummodo
ferent illud acceptum. Alioquin aut lar-
gitionem intervenire, aut beneficiarium
ſuo patrono devinctũ eſſe oportet, quo-
rum utrunque Iuris officio plurimum in-
fert impedimenti, ut nimis notum eſt.
Hoc etiam valde cavebit, ne ex litigatori-
bus alteri favore vel commendatione ul-
lũ præſtet adjumentũ, neq; vel minimam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

ullius affectus præbeat ſignificationem. Tanta eſt enim ipſius nominis auctoritas, ut etiamſi profiteatur, velle ſe, quod æquum ſit, fieri: judices tamen ejus commendatione commoti, facile ſuccumbant atque remittant, præſertim in lite paulo difficiliore. quod in noſtris Iudiciis eſt proclivius, ubi ſecundum id quod æquum videtur, magis, quam ſecundum Ius ſcriptum, pronunciatur. qua quidem in re plurimum eſſe poteſt incommodi. Hanc ergo ſi quis rationem ſequatur, veri Principis officium fecerit, & interceſſoribus illis aditum atque ſpem omnem præcludet, qui ſemel admiſſi, nullum ſint importunitatis ſuæ facturi modum atque finem. Et iſta quidem ad cauſas civiles proprie, ſed tamen ad criminales etiam pertinent, in quibus durum ſeſe ac prope inexorabilem exhibebit, neque temere condonabit, præſertim ſi facinus paulo ſit atrocius, ut videlicet omnes intelligant, ipſum tota mente & animo ab ejuſmodi flagitiis abhorrere. Quapropter & eos, qui pro ſceleroſis deprecantur, ſevere graviterque caſtigabit. ſic enim & improborum audaciam reprimet, & in metu continebit omneis: contra vero, ſi facilem atque lenem ſe declaret, maximas nocendi præbebit occaſiones. Multa quidem adhuc dici poſſent

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

hujus argumenti, ſed ad alia mihi progrediendum eſt. Vnum modo reſtat, ut ſcilicet communicato conſilio cum viris bonis & peritis, & Reip.ſtudioſis, rationes ineat minuendi controverſias, ne in infinitum producantur, quod noſtris moribus nimium inveteravit. Multi enim hac ſola ratione ad ſummam inopiam redacti ſunt, & complures, quod vel ſumptum facere, vel adverſariorum potentiæ reſiſtere ſe poſſe deſperant, optimas aliquando cauſas deſerunt. Ad Politiam, quod tertium eſſe retinaculum diximus, quantum pertinet, quoniam ſub eo genere comprehenduntur Galliæ decreta, leges, inſtituta, mores atque conſuetudines, quibus in hanc tantam amplitudinem illa crevit ad hoc tempus: operam Rex dabit, ut quicquid eſt earum rerum, diligenter & ipſe ſervet; & ab aliis quoque ſervari præcipiat, eoque magis, quod cum ad ipſum imperii ſumma defertur, jurejurando facturum ita ſe pollicetur. Si quid ergo contra faciat, & Deum injuſticiæ vindicem offendit, & conſcientiam ſuam ipſe lædit, & populi voluntatem alienat, & nomini ſuo maculam inurit, & infirmiorem ſe redigit ipſe. Primum autem eſt atque potiſſimum, ne ſui, hoc eſt, Galliç patrimonii quicquam alienet, niſi quantum ei moribus atque legi-

bus regni permittitur. Nam alioqui feneſtram aperiet multorum importunitati, & quum uni aliquid conceſſerit, non deſunt alii complures, qui ſuis meritis idem beneficium deberi putant. quod ſi recuſet, illos ut offendat, oportet. Hinc odium atque ſimultas inter ejus familiares, quod minime ſit futurum, ſi repudiatis omnium precibus, non ſibi licere dicat, quicquam earum facultatum largiri. Et quoniam in iis quæ ad Politiam pertinent, major quædam eſt difficultas: ad eam partem, de qua ſupra dixi, quę conſociationem animorum, & omnium ordinum regni coagmentationem complectitur, oratio mea revertetur. Niſi enim mutua quædam benevolentia & amor & obſequium intercedant, nequicquam de rei ſumma bene ſperabimus. Nobilitatem ergo, qui primus eſt ordo, magno ſtudio complectetur, ac non ſolum iis, quæ jam olim habent, privilegiis ac immunitatibus uti frui ſinet, verumetiam in cæteris rebus omnibus, & tribuere ſe plurimum ipſis, & confidere, & fortunis eorum cupere quam optime conſultum eſſe, demonſtrabit. Hujus enim ordinis induſtria & ſingulari virtute regnum hoc & initium habuit, ac deinde locupletatum eſt atque confirmatum ad hoc uſque tempus. Hi ſunt, qui

rebus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

-bus duris & aſperis communem pa-
-riam ab hoſte defendunt, qui pro laude
& ſalute Regis nullum recuſant pericu-
-um, qui præ cęteris omnibus Regem val-
de diligunt, obſervant, colunt, veneran-
tur, quoniam & commodiore utuntur
conditione, & honeſto nati loco, jam in-
de à parvulis ad morum civilitatem edu-
cati ſunt & aſſuefacti. quo magis etiam
convenit, ut cæteris virtute præſtent, &
caveant, ne quid ſuis majoribus & genere
atque loco indignum admittant. Quod
cum ita ſit, præfecturę tam Civiles quam
Eccleſiaſticę his potius quam aliis debent
attribui: modo ſint idonei. Hoc enim &
rationi & legibus omnibus eſt conſenta-
neum: verum ſi non ſunt apti, minime il-
lis committendum eſt aliquid, ut ea, de
quibus antea diximus, incommoda vi-
tentur. Si enim non ad virtutem & erudi-
tionem, ſed ad generis amplitudinē Rex
ſolum reſpiciat, & gratiæ atq; favori om-
nia tribuat, nobiles plerique, contemptis
atque deſertis bonarum artium ſtudiis,
ambitioſe omnia facient, quando eam eſ-
ſe primam atque potiſſimam rationem
aliquid conſequendi intelligent. Quod ſi
autem loci atque familiæ ſplendorem,
prope nihil, doctrinam vero plurimum
apud eum poſſe videant: daturi ſunt ope-
ram, ut eo præſidio muniti, viam ſibi ad
honores

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

honores patefaciant. Atque hoc locum habet, non in iis tantum præfecturis quæ ſunt utriſque communes, verum in illis etiam, quæ propriæ ſunt ac ſolis tribuuntur nobilibus. eſt enim diſcrimen inter ipſos faciendum, quoniam alii ſunt aliis illuſtriori loco nati, & virtute ac meritis alii aliis antecellunt. Videat autem, ne ſic illis indulgeat, tantumque permittat, ut vel reliquos ordines opprimant, vel etiam ſuæ conditionis obliti, minus ipſum revereantur. Magna enim ex eo futura ſit perturbatio: ut non ſemel in Galliis cognitum eſt. Quam igitur habet poteſtatem ſummam, eam diligenter conſervet, neque ſinat ullo pacto minui vel interire, quo ipſum videlicet omnes ut præcipuum ac legitimum magiſtratum agnoſcant. Humanitate quidem & manſuetudine erga ſuos utetur: ſic tamen, ut honos atque dignitas ei ſua conſtet, & quam habet juris exercendi facultatem, ea ut ſevere conſervetur, elaborabit, eoque ſuis præfectis, quorum ad officium iſtud pertinet, auctoritate ſua aderit. quod ſuperioribus ſeculis & prudenter inſtitutum, & magna ſemper diligentia conſervatum eſt, & magni refert, ut ita fiat. Eſt enim unum ex præcipuis regni præſidiis atque ornamentis. Neque tamen ſuis interim concedet, ut proceres

ac re-

: reliquam nobilitatem, in ipſorum jure
ıterpellent aut impediant, niſi magna
uædam ſubſit & diu multumque deli-
erata cauſa. Nam ſi temere fidem illis
abeat, futurum eſt, ut ad minimam oc-
aſionem, nobilibus litem ſæpe faciant,
ᴄ in judicium pertrahant, maximoque
fficiant damno, propterea quod etiam-
cauſa cadant, ſumptum tamen litis
on præſtant, eo quod Regis negotium
gerint. Vt ne longius ergo quam ęquum
ſt, atque oportet, progrediantur, illos
ıonebit. Alterum eſt, ut æquabiliter ad-
ıiniſtrato Iure, maleficia non dimittat
npunita, ſed ſevere ulciſcatur: neque
emere ignoſcat, iis præſertim qui mi-
tiæ ſtudent ac rebus bellicis. Hi enim
uoniam & natura, & inſtituto ac vitæ
enere ad omnem vim propendent, ni-
coërceantur, facile ſint oppreſſuri cæ-
eros. Hæc autem ſeveritas adhibenda
ſt quadam cum moderatione, pro deli-
ti atque ejus qui commiſit, & temporis
tiam atque loci conditione. Remittere
ero pœnam atque condonare minime
mnium oportet, ut metu ſupplicii de-
erreantur omnes. ac belli tempore ſe-
erius eſt animadvertendum, ut poſtea
am dicturus de diſciplina militari. In
liſtribuendis etiam muneribus publicis,
ationem habebit naturæ atque ingenii
co-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

eorum, quos propius noviſſe poteſt: c
juſmodi ſunt viri principes & id gen
alii potentiores. Nam quos animo ela
& ſeditioſo eſſe cognoverit, iis nihil ta
committet, quo vel adverſum ſe vel co
tra Rempublicam abuti queant. quo
quidem illis, ſi poteſtatem obtineant, f
cile ſit futurum, quando ob leviſſima
quamque cauſam concitari poſſint
incendi. Quos autem magnæ virtu
eſſe compertum habet, eos præ cæter
augebit honoribus atque præfecturi
quoniam & hi facultatem bene de Rep
blica merendi, & populum habent obſ
quentiorem. Neque tamen plus, quan
majeſtati ſuæ convenire videbitur, e
tribuet, & ita ſe comparabit, ut & illi,
illorum ſubjecti imperio, ipſum inprim
ut auctorem earum rerum omnium
revereantur & ſuſpiciant, & cum aliqui
majoris momenti inciderit, ad ipſu
confugiant. Niſi enim hanc gravitate
interponat, minuetur ejus ad populu
exiſtimatio, & provinciarum aliique ma
jores præfecti, ut ipſorum etiam lega
proterve & indigne multa facient, & pr
temporum conditione conſilia forſita
inibunt, pernicioſa Reipublicæ, quod i
Imperio Romano ſcimus eveniſſe. Hæ
autem omnia, non tam ad præſentem a
tatem pertinent, quam ut in poſterum

re

s bene conſtituantur. Providendum etiam, ne is quem medium eſſe dixi-us ordinem, potentia nobilitatem vin-it, eiuſque facultates atque copias mi-nat. hoc enim ad Reipublicæ detrimen-um pertinet, quæ nequicquam ſit ab illis pem atque præſidium, exhauſtis eorum ortunis, exſpectatura. Sunt autem tria otiſſimum, quæ nobilium opes vehe-nenter adfligunt. Ex iis primum eſt, uod lites atq; cauſæ forenſes aliæ ſerun-ur ex aliis, & producuntur in immen-um, & maximos requirunt ſumptus, eo-ue fieri videmus, ut Iuris adminiſtri, no-ilium poſſeſſiones acquirant, & horum opiæ ſic attenuentur, ut cum ordini at-ue profeſſioni ſuæ ſatisfacere non poſ-int, multa præter decorum faciant. cui uidem incommodo facile poſſit occur-i, ſi modo Rex & ii quorum utitur con-iliis, animum huc adjicerent. De Quæſto-ibus idem judicium fieri debet. nam etſi nagnam his auctoritatem tribui opor-et, colligendæ cauſa pecuniæ, quæ in Re-is ærarium infertur: tamen adhibendus ſt modus, neque permittendæ ſunt illis ationes, quibus ipſi quidem locupleten-ur, alii vero complures, honeſtioribus nati familiis, ad inopiam redigantur. Mercatores etiam, quod eſt ex tribus, quæ diximus, poſtremum, intra certos fines

coër-

coërcendi ſunt. Invaluit nobilium co
ſuetudo, ut magnifice & ſumptuoſe v
vant, & ſplendidiſſime veſtiantur: qu
duæ res & privatim fortunas eorum e
inaniunt, & publice quoque plurimu
nocent: His enim rebus fit, uti maxim
vis auri deferatur extra Galliæ fines, i
quo permultum eſt incommodi, quo
niam pecuniis Reſpublica, tanquam ne
vis atque ſanguine, conſiſtit & alitur. I
hoc igitur genere nihil quicquam Re
facere poſſit utilius, quam ſi luxum om
nem comprimat. Nam & valde offend
tur Deus, & ut ſtipendia Rex illis augea
oportet, alioquin enim, quia ſumptu
vix tolerant, non poſſint obire miniſte
ria, quibus ſunt deſtinati. Iam vero, quo
plus in hos elargitur atque diſtribuit, e
magis populum uti gravet, neceſſe eſt
Hunc deinde luxum alii quoque nobiles
qui publice nihil adminiſtrant, & vulg
magna ex parte ſtudent imitari, ii præ
ſertim, qui ſunt aſcripti militiæ & equi-
tatui Regis. Itaque fit, ut qui virtute præ-
diti ſunt, quoniam illis profuſionibus vi-
dent ſuas facultates non eſſe pares, pri-
vatam vitam agant: quibus alii poſtea,
minime cum his virtute comparandi,
ſuccedunt, qui ſtulte plerumque & inuti-
liter ſua dilapidant, etiam id quod equis
& comparandis armis impendendum

erat,

rat, & copiis deinde omnibus exhauſti,
apinis atque deprædationibus incum-
unt. quod etſi gravibus pœnis apud
os interdictum eſt, tamen fruſtra fit,
uandiu ſtirps ejus mali non tollitur. ſic-
t cum corporis pars aliqua vitioſo cor-
upta humore adfligitur, etſi dolor for-
aſſe mitigari poteſt, tamen, niſi qui cau-
am morbi dant humores, expurgentur,
equicquam omnis adhibetur medici-
a. Nihil igitur utilius, nihil ad eam rem
mendandam aptius, quam ut à ſe ſuiſq;
amiliaribus Rex initium faciat, ut alias
actum eſſe conſtat. Nam certe vera i-
ſius gloria non conſiſtit in exquiſitis at-
ue ſplendidis veſtibus, imo ſtudium ejus
ei immodicum, exiſtimationem potius
inuit. Neque enim pro ſua conditione
tque perſona, quam ſuſtinet, ſatis ma-
nifice veſtiri poſſit, & reperire liceat in
nfimo genere hominum, qui hac qui-
em in parte minime illi cedant. Plus er-
o laudis habitura eſt mediocritas, quam
imia hujus rei cura. verum eſt enim,
uod vulgo dici ſolet, Extrema omnia
rope eſſe vitioſa. Non hoc quidem di-
o, ut immundities aliqua ſit & deformi-
as in eorum qui Regem ſectantur, veſti-
u: ſed ut ne luxus aliquis appareat, neve
xtra modum ſumptu & magnificentia
rodeant, & ut certus modus, pro ſua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

cuique conditione & ordine, ſit præfinitus. Neque enim promiſcue omnibus permittendum eſt, ut quocunque velint modo veſtiantur, & hac in parte facta Principum imitentur. Sane, ſi quædam adhiberetur animadverſio, magno ſit futurum & publico emolumento. nam ut hirudo ſanguinem; ſic ea, quam dixi, profuſio, nervos ac firmamentum Reipublicæ, pecunias, exugit. Eſt etiam aliud, quod ad mercatores proprie pertinet. Quæ ſunt Galliis finitimæ regiones, legibus ac more ſuo diligenter cavent, ne qua pecunia ex ipſorum finibus deportetur, & rationem habent, quemadmodum ab aliis ad ipſos importetur. Hunc morem Gallia non obtinet, & ſi quid forte ejus rei præcipitur, ab iis, quos minime omnium decet, violatur. idque ſæpe fit, ut quidem à noſtris dicitur, ſtudio gratificandi vicinis, ne moleſte ferant, ſi quid eis denegetur: in quo tamen nihil eſt rationis. Quam enim habeant offenſionis cauſam, ſi quantum nobis tribuunt, tantundem ipſis invicem permittatur? Accedit, quod Gallia, propter omnium rerum copiam & agrorum ubertatem, facile poteſt externis adjumentis & importationibus carere. & quoniam omnis generis rebus abundat, ſic ut vix unquam exhauriri poſſe videatur,
hinc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

hinc eſt, quod pleraque negligentius in hac parte adminiſtrantur. Maximam vero laudem ad omnem poſteritatem mereatur, qui bonis legibus omneis Reip. noſtræ partes conſtitueret. Tum enim dubium non ſit, quin cæteris omnibus regnis Gallia pręſcriberet. quod facile ſim demonſtraturus, ſi res ita ferret, verum id non eſt hujus inſtituti. Quantum ad Vulgus & promiſcuam multitudinem pertinet, quanquam ex iis quę ſupra dixi, facile intelligere, quid in eo fieri oporteat: tamen quoniam maximi res eſt momenti, non gravabor ea paucis repetere. Primum eſt, ut Rex quamminimum illos tributis & pecuniarum exactionibus gravet, verum ita ſe comparet, ut intelligant ſuas fortunas & compendia ipſi eſſe curæ. Hoc enim & Deo eſt gratiſſimum, & ad ipſius quoque ſalutem animique tranquillitatem pertinet. Nec enim ſine maximis illorum diſpendiis ullam grandiorem pecuniam imperare poteſt. Atqui nonnunquam eripitur miſeris, quo carere omnino non poſſunt, quod illis atque liberis & familię ad quotidianum victum eſt neceſſarium. in quo certe ſummum eſt flagitium, neque dubium eſt, quin hujus injuriæ magnitudo, & eorum qui ſic opprimuntur, gemitus, Deum vehementer commoveant. Huc ergo reſpiciant

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

Reges, ac præterea cogitent, alienari hominum voluntates, dum ſuæ cupiditati nullum ſtatuunt modum, ex eoque facile poſſe turbas & ſeditiones oriri, præſentim ſiquis gravior caſus regnum adfligat. Accedit, quod extremæ inopiæ vitandæ cauſa, locum illi atque ſedes mutare coguntur. quod ad ipſius Regis detrimentum & infamiam pertinet. Quocunque enim perveniunt, ibi de injuriis & indignitatibus & tyrannide, qua ſint adflicti, rumorem ſpargunt, & famam longe lateque excitant, & qui ad egeſtatem redacti ſunt, agriculturam deſerunt, & mendicando victum ſibi ſuiſque parant. Sumptus ergo ſuperfluos atque luxum omnem Rex moderari debet atque vitare, ut ne privatorum fortunis calamitatem adferat. Sed & ipſa exigendæ pecuniæ ratio, noſtris moribus uſitata, modum aliquem & emendationem requirit. Colligitur enim infinita quædam vis pecuniarum, neque tamen ad Regis aut Reipublicæ commoditates impenditur omnis, & Quæſtores auctoritate ac nomine ſui muneris confiſi, multa ſæpe faciunt avare ac intemperanter, & ex miſerorum hominum laboribus atque re familiari ſuas facultates amplificant. Opus eſt Quæſtoribus, ac ſumptum facere oportet: ſcio, ſed tantum eſt in ea re vi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

rum, ut magna quadam & exquiſita
opus animadverſione, prȩſertim, cum
cupiditatem & avaritiam quotidie
quid accedat. In Regis autem volun-
e ſola poſitum eſt, ut hæc omnia e-
endentur. Alterum eſt, ne Rex per-
ttat vulgus hominum à potentioribus
primi, ſed æquabili jure ſimul omnes
ntineat. inprimis autem eſt providen-
m, ne quod incommodum illis aut vis
eratur ab iis, qui militiæ ſtudent & ar-
is. quod tametſi multis noſtris legibus
utum ſit, tamen ad hoc uſque tempus
ſtra fuit: in eoque duplex eſt pecca-
m. Nam illi rebus atque fortunis affli-
s non poſſunt, quod Regi debent ſti-
ndium atque vectigal, præſtare: dein-
, grave quoddam odium in eos conci-
int, à quibus divexantur, magniſque
ecibus interitum atque cædem eorum
optant. Poſtremum eſt, ut de ipſorum
e atque libertate nihil diminuat, ſed
rmittat, ut artes omnes ipſorum ordi-
convenientes exerceant, & iis quoque
ous dent operam, quæ ex humili loco
majorem dignitatem ipſos perdu-
nt, cujuſmodi ſunt, mercatura, bona-
m literarum ſtudium atque doctrina,
militia, in iiſque rebus quos honeſte &
m laude verſari videbit, eos favore &
atia complectetur & ope ſublevabit, ut

reliquos etiam ad virtutem incendat
Nam unus aliquis hac ratione evectus a
altiorem gradũ, exemplo ſuo complure
alios ad ſtudia virtutis exſtimulare po
teſt,ut quotidie experimur. Et quo rario
eſt doctorum atque præſtantium viro
rum proventus, eo majorem operan
Rex dabit, ut quibuſcunque rationibu
poteſt ad virtutem ſuos inflammet, u
vel doctrina, vel rei militaris ſcientia, ve
negotiando, vel navigando, & id genu
aliis rebus excellant. Quia vero ſalus &
incrementum regni dependet à pacis &
à belli artibus, utrumque pro mea viri
deinceps tractabo.

CLAVDII SESELLII DE REPVBLICA GALLIÆ ET REGVM OFFICIIS

Liber ſecundus.

GAlliæ robur omne ac firmamen
tum quatuor in rebus potiſſimun
conſiſtit; Vt omnes ordines mu
tua quadam benevolentia Regem obſer
vent, eiq; pareant; Vt facultatibus & opi
bus plurimum poſſint; Vt in armis ac r
militari ſint quam exercitatiſſimi; V
quæ ſunt in finibus oppida & arces, ope
re ac arte muniantur. Hæc omnia con
ſili

o provideri debent & adminiſtrari.
rva enim ſunt foris arma, ut inquit
, niſi eſt conſilium domi. De duobus
imis nihil fere ſum dicturus, quoniam
eam rem quicquid pertinet, ſupra ſa-
eſt demonſtratum. De poſtremo et-
n ut pluribus agam, nihil attinet, quo-
am ſatis per ſe clarum eſt. Nemo enim
norat, quam ſit neceſſe, habere in fini-
us propugnacula quam munitiſſima.
am unum aliquod oppidum bene mu-
itum, ac rebus neceſſariis inſtructum,
d tolerandam obſidionem, ad alendum
ræſidia militum, & ad ſuſtinendum vim
oſtilem, donec ei ſubveniatur, maxi-
num ſæpe momentum toti regno ad ſa-
item adfert. quod cum alias frequen-
er, tum hac memoria non ſemel cogni-
um eſt. In hanc ergo curam Rex diligen-
er incumbat, & ſumptum in eam rem
aciat, & pecunias ad certum tempus in
unc uſum imperet, iis præſertim, qui fi-
es incolunt, & qui tempore belli rece-
tum habituri ſint in ea loca, quę contra
im & impetus hoſtium ædificantur. Pa-
is autem tempore his rebus vacandum
ſt. nam & populus multo minus grava-
ur, & opus ipſũ in otio melius perficitur,
& cum bellũ incidit, non ita perturbantur
homines, ut fieri neceſſe eſt, cum repente
ac tumultuoſe ad laborẽ accurritur. Tum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

enim hoc etiam eſt incommodi, quod in ea feſtinatione nihil ad diuturnitatem ædificari poteſt. Verum in eo ſæpe peccatur, maximo & Regis & populi detrimento: quamobrem, quibus earum rerum eſt demandata cura, ii certe magnopere providere debent, ſi ſunt Reipublicæ amantes, ut oportunè ſuoque tempore ſingula adminiſtrentur. Quoniam vero & non omnes ſunt ad ejuſmodi res idonei, & plerique ſuis fere ſtudent commodis: erit ex uſu Reipublicæ, ſi Rex, cum ei per negotia vacat, circumſpatietur per omnes provincias, & regni fines inprimis accedat, ut cujuſmodi fiant locorum munitiones, & quomodo populus gubernetur, & an præfecti, in ſuo quiſque genere, officio fungantur, ipſe cognoſcat. Quocunque autem acceſſerit, populi ſalutem ſibi eſſe curæ declarabit, & eos qui quaque de re querentur, benigne patienterque audiet, & quod iniquum eſſe cognoverit, emendabit. Nam hoc ipſo benevolentiam & animos hominum, multo magis, quam ſi literis tantum & mandatis rem ageret, ſibi conciliat, & omnis generis præfectos ac belli duces, in officio ac metu continet, & illos, in quorum agros pervenerit, quæſtu auget. quod in finibus maxime eſt neceſſarium, ut videlicet homines, quia ſumptum plus quam

reliqui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

qui facere coguntur, ſint quam maxi-
pecunioſi. Nunc ad illud, quod ter-
m eſſe diximus, deſcendam, ad Mili-
m & ad belli ſtudium, qua quidem in
multum eſt difficultatis, & ad cogno-
ndum & agendum. Supra dictum eſt,
m armorum eſſe proprium nobilita-
, neque populo debere permitti: ſed
ajorem diſputationem res iſta requirit.
imum enim negari non poteſt, quin
pulus aſſuefactus ad arma, facile poſſit
rebellionem incitari, ut regis auctori-
tem projiciat, & nobilitatem omnem
primat, ut paulo ſupra hanc memo-
am compertum eſt. E diverſo, magni
s eſt periculi, ſi in armis non ſit exerci-
tus. Cum enim bellum ab exteris infer-
r, nullum habemus idoneum pedita-
m, quo tamen minime carere poſſu-
us, quando vel Angli, vel Germani, vel
elvetii bellum nobis faciunt. Hi enim
re ſunt pedites. ideoque ſtatim ubi de
lorum copiis adventantibus nunciatur,
uantumlibet exiguis, noſtri quamli-
et multi, etiamſi equitum habeant præ-
dia, concurſant ac trepidant, ſuiſque re-
us plane deſperant, eumque timorem
bi vident equites, incipiunt & ipſi ani-
no eſſe dejecto, quandoquidem abſque
editatu ſciunt ſe non poſſe impetus illo-
um ſuſtinere: atque eo fit, ut hoſtibus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

qui hæc non ignorant, multo major accedat alacritas oppugnandę Gallię, quod minime ſit futurum, ſi populo, qui eſt frequentiſſimus, concederetur uſus armorum. Facile quidem eſt Regi, propter potentiam & opes, conducere manus peditum exterorum, quos confecto bello dimittat, quod abſque magno ſuorum diſpendio facere non poſſit, ſi milite utatur in Gallia conſcripto. Fateor equidem, ſed periculi plenum & ſæpe fuit, & eſſe poteſt hodie, uti externis auxiliis. Primum enim, ingentem pecuniæ vim extra Galliæ fines illi ſecum aſportant: deinde, fieri non poteſt, ut eis, pręſertim humilis conditionis hominibus, cujuſmodi fere ſunt pedites, tantum tribuatur fidei, quantum incolis regni; neque ſic ad officium cogi poſſunt, nec obſequentiam illam, quam noſtri homines, præſtant, & cum ſtipendium perſolvitur, ſatis fieri vix illis poteſt, & ſi quid deliquerunt, vindicari non poſſunt, quum aliquo ſunt majori numero. Atqui delictum poſſit ejus eſſe generis, ut ſumma calamitate regnum univerſum adficiat, ſi videlicet ipſorum culpa vel prælium ſit factum adverſum, vel oppidum aliquod amiſſum. Sed & hoc metuendum eſt, ne ſi viribus & numero ſuperent, aliquam regni partem occupent, ut non in Galliis

tantum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

antum,ſed aliis etiam in locis aliquando ompertum eſt.Fieri etiam poteſt,ut illis ut voluntas deſit aut facultas , in tempore ſuccurrendi , atque interim hoſtes naximo aliquo damno Remp. afficiant. Aſſuefacere autem iis homines natura bellicoſos,& pręmiis ac pollicitationibus allicere , permultum eſt in eo periculi. Nam & noſtrum belli gerendi morem & ſcientiam omnem,& ſi quid in nobis deſideretur , item promiſcuæ multitudinis infirmitatem ac inſcientiam,& quæ loca ſint munita , quæ minus,breviter , portus & aditus omnes uſu cognoſcunt , ſimul quantæ ſint Galliæ facultates & opes , perſpiciunt , iiſque rebus omnibus, ad bellum nobis inferendum , exſtimulantur. quod mûltis aliis regnis , & huic quoque recenti memoria,ſcimus accidiſſe. His ergo de cauſis mihi videtur, quod adeo ſit ineptus ad arma populus, ut externis ſemper utendum ſit auxiliis , magnum in eo eſſe diſcrimen. Multis enim hiſtoriarum teſtimoniis demonſtrari poteſt,eos,qui numeroſo milite ſunt uſi peregrino , tandem in ſummas ob hoc ipſum incidiſſe calamitates. Quum igitur periculum ſit utrobique,conſultiſſimum eſſe videtur , inſtituere rationem illam, de qua non ſemel eſt deliberatum,ut per omnes regni provincias , ex plurimis

pauci

pauci quidam deligantur, quam minimum vitioſi, qui ad militiam videntur & natura eſſe facti, & optime poſſe aſſuefieri. His autem præficiendi ſunt ejuſdem regionis homines, qui ſingulos norint, ac fidem ſuam pro illis interponant, eoſque militum præfectos oportet eſſe viros integros, & minime avaros, qui favori & gratię nihil tribuant, in iis pręſertim, quæ ad Regem Remque publicam pertinent, qui militem ad diſciplinam & temperantiam inſtituant. His ipſis vero præerunt majores illi præfecti, Conneſtablius, & Mareſcalli, eorumque legati, ac provinciarum præſides, operamque dabunt, ut pacis tempore in armis exerceantur, ad eamque rem utentur militibus aliquot externis veteranis, qui doceant, quis ordo ſervandus, quomodo inſtruenda acies, atq; pugnandum ſit, & quicquid eſt ejus generis, cumque delectus habebitur, ſeveritatem adhibebunt. & ne qua fraus omnino interveniat, providebunt, inprimis autem, ut quam minimo populi detrimento id fiat, ideoque belli tempore ſtipendia illi, quantum ſatis erit, præbebunt, in otio autem ne quid eis ad mediocratem deſit, curabunt. Interim vero dum noſtri diſcunt, & uſum armorum ſibi comparant, ſi quá neceſſitas incidit, licebit aliquam exte-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

orum manum conducere, quibuſcum
oſtri militent. Neque vero tunc etiam,
um erunt exercitati, alienum fuerit, ex-
eris uti, partim, noſtros ſublevandi cau-
, partim, ut ipſo peditatus genere præ-
emus, partim, ut ex qua gente militem
onducimus, ea nobis concilietur, & be-
evolentia quadam adjungatur. Sed in
o videndum eſt, primum, ut iis utamur,
uos maxime fideles arbitramur nobis
ore; deinde, ut numero ſint noſtris pau-
iores. Ita enim nullus erit offenſioni
ocus, & facultas illis deerit opprimen-
li noſtros, & ſi quid gravius admiſerint,
bſque magno negotio poterunt coërce-
i, & cum non equitatum modo no-
trum, qui multo jam uſu eſt omnium
onge exercitatiſſimus, ſed peditatum et-
am videbunt in armis excellere, non ſo-
um vim nullam inferre audebunt, ſed
ne qua ipſis inferatur vis, metuere etiam
cogentur, ideoque pacem nobiſcum per-
petuo colent, ac magnopere cavebunt,
ne offendant. itaque fiet, ut pecuniæ non
exportentur è Galliis, & populus mini-
mum gravetur, neque ſit ullus gravior
motus pertimeſcendus. Nam qui per
ſingulas provincias conducentur mili-
tes, quoniam & pauci erunt ſingulis in
locis, & interjectis ſpatiis dirimentur,
non poterunt aut excitare alios ad rebel-
lionem,

lionem, aut conjurationem aliquam inter ſe facere. neque vero cauſam habitu ſunt cur faciant, aucti ſtipendiis aliiſque privilegiis, præ cæteris ſui ordinis hominibus. imo quoniam his beneficiis ornantur, multo erunt obſequentiores, ac diligenter, ne quid animadverſione dignum admittant, cavebunt, & cum exequendum erit aliquid in judiciis definitum, præſto ſemper erunt. Hæc autem non ſic accipi debent, quaſi putem eos qui ſunt ad regni fines, non oportere magis eſſe in armis exercitatos, quam qui longiſſime à finibus abſunt. Minime quidem iſtud: verum ita ſentio, qui ſunt præfecti finibus, debere illos allicere ac propoſitis præmiis invitare, ut ſagittis, & arcu & tormentis, & haſtis & gladiis, idque genus aliis armis diligenter ſe exerceant, non quidem omnes indifferenter, ſed ii cumprimis, qui corporis figura & natura videntur eſſe idonei. Nam certe opus eſt, ut qui fines incolunt, habeant quibus ſe ſuaque defendant arma, ne à vicinis & finitimis opprimantur. Multæ enim oriri ſolent de finibus contentiones, eoque, ſi ex longinquis ſint evocandi milites, qui reſiſtant, maximo ſit futurum ejus regionis, cui ſubſidio mittuntur, detrimento. Natura etiam, atque more ita comparatum eſt, ut qui ad ipſos

regni

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

gni fines habitant, pro laude atque
ommodo ſui Principis, majori ſtudio,
iam alii, contendant: ideoque fere tri-
ita & vectigalia, quæ reliqui depen-
int, ipſis remitti ſolent. quanquam &
oc alioqui fieri ęquum eſt, propter ſum-
um quem pro cæteris faciunt, & rei fa-
iliaris diſpendium, ac varia pericula,
uibus belli tempore ſunt expoſiti. nam
præſidia militum alunt, & excubare
ſos, atque locorum munitionibus de-
rvire oportet. De claſſe, & exercitu ma-
timo inſtituendo, poſtea ſum dicturus.
quoniam in hoc genere præcipuum
t, ut tam equitum quam peditum co-
æ ad diſciplinam militarem, non mi-
us pacis quam belli tempore, domi
ariter atque foris aſſuefiant: ex hoc
nim fonte profluit quicquid è belli ſtu-
iis commodi ſperare licet: idcirco pau-
a quædam de eo ſum dicturus, & proli-
itatis vitandæ cauſa, quę Valerius & quę
'egetius copioſe de his rebus tradide-
unt, prætermittam, ac ea ſolum, quæ
oſtræ ætati maxime conveniunt, expo-
am, quid videlicet detrimenti Reſpubli-
a acceperit propter neglectam diſcipli-
am, & quomodo in poſterum huic rei
acienda ſit medicina. iis explicatis, quod
eliquum eſt, prudentiæ Regis, & eorum
dei, quibus auctoritatem Rex tribuit,
com-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

committemus. Primum igitur, qua
ſit momenti hæc, de qua loquimur, c
ciplina, nemo qui cognitas habeat hiſt
rias & res geſtas, Romanorum præſ
tim, ignorare poteſt. Hi enim præ c
teris diligentiſſime illam ſervarunt,
ejus adjumento potius, quam robo
aut vi armorum, ad eam imperii m
gnitudinem pervenerunt. quod Valeri
Maximus aliiq; multi teſtantur, & duc
aliquot populi Romani nominant, q
ad veterem diſciplinam revocato & inſt
tuto milite, vicerunt hoſtem antea vict
rem ejus populi, ob projectam atque d
ſertam diſciplinam: & quod de Scipion
Africano bellum gerente in Hiſpani
commemorant, valde eſt præ cæteris i
luſtre. Hoc igitur & id genus alia doct
menta, Principum animos ad imitatio
nem excitare debent. Duabus autem i
rebus ea diſciplina potiſſimum conſiſti
quæ ſimul cohærent, neque ſeparari invi
cem poſſunt. Primum eſt, ut qui præfi
ciuntur copiis, egregia ſint virtute; alte
rum, ut milites dicto ſint audientes
Nam ſi & exercitus imperator eſt ido
neus, & reliqui ſub eo præfecti, tribuni
centuriones, ac vulgus militum, ejus prę
ceptis obtemperant, dubitari non debet
quin recte omnia procedant. Cum au
tem ex iis alterum deficit, fieri non po
teſt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

t,ut aliquid laude dignum perficiatur. ſi enim belli dux multo uſu compara- n habeat rei militaris ſcientiam, niſi acte teneat, quomodo res in omnem entum atque caſum adminiſtrari de- ant,& niſi ea ſit virtute, prudentia & imi fortitudine, ut quod optimum in ncilio viſum fuit, naviter efficiat: de- icietur non à ſuis tantum, ſed ab hoſti- s etiam,& cum aliquid agere inſtituit, ilite utetur invito & trepidante: quod autem virtutis opinionem haberet, acres ac fiduciæ pleni milites, nullum borem atque periculum ſint recuſatu- . Dici enim non poteſt,quam multa ſe- m trahat incommoda, belli dux ali- is aut ignavus atque timidus, aut im- ritus. Nihil enim circumſpicit, nihil ovidet, nihil opportune conſtituit, & cile circumvenitur ab hoſte,& ſæpenu- ero fallitur & errat, in quo Reipubli- e ſalus nonnunquam tota periclitatur. eque vero ſatis eſt,attribuere illi homi- es idoneos atque peritos, qui in com- une conſulant: ſed ipſum oportet in- enio ac prudentia valere, ut rem quæ deliberationem venit, intelligat,& in- r multorum opiniones judicium face- e poſſit, ne quod peſſimum eſt, eligat. ua quidem in re tanto majori eſt opus nimadverſione atque induſtria, quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

non raro fieri ſolet, ut cum pauci quida
apud imperatorem exercitus omnia p
ſunt, reliqui indignentur atque mole
ferant, & quæcunque res inciderit,
ipſis, quos præferri ſibi dolent, contra
fere pronuncient. Sæpe etiam fit, ut ex
citus præfecti, qui vel per ętatem vel ali
qui vix tenuem habent rerum uſum, h
minibus idoneis & exercitatis antefera
eos, à quibus vel à parvulis educati ſun
vel qui auribus ipſorum atque volupta
bus ſerviunt. Vt autem belli dux per
ipſe ſapiat, vel ideo eſt neceſſe, ut cu
aliquid repente incidit, quod aut del
berationem atque moram non patitu
vel quod ſilentio tegi oportet, idone
quod opus eſt, conſtituat ac agat. Na
etiamſi prudentiſſimorum hominu
utatur conſilio, tamen niſi re ipſa vi
tutem repræſentet ac militum anim
ſibi devinciat, parum profecerit. Qui
autem opus eſt pluribus verbis? Qui
non ſemper ad virtutem animique pra
ſtantiam reſpicitur, ſed favore atqu
gratia res agitur, & qui commodum a
quem nacti ſunt interceſſorem, aditu
fere habent ad ejuſmodi præfecturas: id
circo tantæ ſæpe calamitates in Rempu
blicam noſtram inundarunt, ut in hom
num quotidiano ſermone nihil ſit fr
quentius & uſitatum magis. Itaque ſi qu
pra

æditus eſſet iis omnibus, quas dixi, vir-
tibus, magno ſit redimendus, ac omni-
us aliis præferendus, & illuſtri loco na-
Principes, non ſint ægre laturi, ſi vo-
untate regis, imperio illius obtempe-
ent. Sed quoniam difficile eſt invenire,
ualem deſideramus, relinquitur, ut
os qui proxime ad perfectionem acce-
lunt, eligamus. Cicero putat in ſum-
mo imperatore quatuor has res ineſſe
oportere, ſcientiam rei militaris, vir-
tutem, auctoritatem, fælicitatem. Ad
hæc igitur reſpiciendum eſt, cum aliquis
deligitur, tametſi quod de auctorita-
te dixit, ſupervacaneum eſſe videtur.
Nam qui duo illa ſolum habet, quæ pri-
mo loco dicuntur, hunc neceſſario fe-
re comitatur auctoritas, ſi modo Rex il-
lius virtuti tribuit quantum oportet.
Ex his autem duobus utrum antecel-
lat, nunc diſpiciendum eſt. Quæritur
enim, cum duo ſunt, quorum unus
ſcientia rei bellicæ, alter autem virtute
excellit, uter ſit præferendus. Cicero vi-
detur ita ſentire, ut exiſtimet virtuti eſſe
præferendam ſcientiam: nobis autem
ſecus apparet. Virtute enim, quæ ſit ad-
juta fideli conſilio, longe plus effici po-
teſt, quam ſola ſcientia, quæ virtute ca-
reat. quod in Alexandro, Hannibale,
Scipione, ſatis demonſtrari poteſt, qui

F 2 juve-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

juvenilibus annis præfecti ſummæ imperii, non poterant per ætatem, tantis rebus gerendis idoneam aut ſatis magnam habere ſcientiam: ſed quoniam innata fuit ipſis præſtantiſſima quædam vis animi, multo fecerunt illuſtriora, quam alii, in armis quidem & uſu militari plurimis annis exercitati, verum ea, quam diximus, virtute deſtituti. Duobus igitur in medium adductis, quorum alter ſit rei bellicæ peritiſſimus, vim autem illam animiq; fortitudinem non habeat: alter vero non magnum quidem habeat uſum armorum, animo vero ſit excellenti & ad omnia ſubeunda parato: hunc certe longe illi præpoſuerim, tum propter ea quæ diximus, tum quod hic ſcientiam exercitatione, ille autem robur animique præſentiam vix ullo tempore ſibi comparare poſſe videtur. Sed quoniam vix eſt, ut qui pluribus annis militiæ ſtuduit, & rem omnem perſpectam habet, non ſit etiam animoſus, & quia multi viciſſim reperiuntur, animo quidem parati ad quidvis, minime vero periti rei militaris: hanc eſſe puto cauſam, cur Cicero ſcientiam illam inter ea, quæ in imperatore requirit, primo loco numerarit. Dignitas autem atque ſplendor familiæ, magnam tum auctoritatem tum benevolentiam imperatori conciliat. Cum

ergo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

go virtute præditus eſt aliquis illuſtri
to natus, præferri debet aliis inferiori-
s: quod tamen ſic accipiendum eſt, ſi
virtute nihil ſit temeritatis, quæ ſa-
entum & peritorum hominum conſi-
repudiet. In eo enim tanto plus eſt pe-
culi, quanto majorem ille poteſtatem
tinet. Verum ſi moderato ſit ingenio,
quos peritos eſſe cognovit, eos liben-
r audiat diſſerentes de rebus, & ſi judi-
um habeat, ut diſceptata cauſa, quod
ptimum eſt, eligat, eique facultati vim
tiam animiq; promptitudinem adjun-
at: omnibus aliis, meo quidem judicio,
ebet anteponi, eique ſunt attribuendi
iri prudentes, qui quod in eo forſitan
eſiderabitur, ſuppleant. Et quanquam
æc proprie ad legatum Regis pertinent,
ui demandata eſt ſumma rerum, ta-
men, cum Rex ipſe bello intererit, etiam-
i magna præditus ſit experientia, valde
cavebit, ne rem ullam majoris momen-
i, niſi communicato prius conſilio, fa-
ciat. Alterum, quod in belli duce ineſſe
oportet, in Galliis fere contemnitur, ut
ſit eloquens, & omnis generis hiſtorias
tam veteres quam recentes habeat ex-
ploratas. Cum enim gravius aliquod
tempus incidit, cum magnæ res difficul-
tatis atque periculi objicitur, elegans at-
que prudens imperatoris oratio vehe-

menter inflammat militum animos: quod ſi vero nihil ejuſmodi interveniat, remolleſcit eorum virtus, ut in C. Cæſaris Commentariis non uno loco videre licet. Quid enim oratio poſſit firmis adjuta ſententiis, declaravit idem Cæſar, cum ad Veſontionem Sequanorum oppidum aliquandiu moratus, adverſus Arioviſtum Germanorum regem, cum exercitu proficiſceretur. Hoc genus alia teſtimonia multa reperiuntur in Xenophontis libro, qui de Cyri profectione in Perſiam eſt conſcriptus, quem librum in noſtram linguam ipſe converti: reperiuntur item quam plurima in Salluſtio, T. Livio, Q. Curtio, & omnibus pariter hiſtoricis. Quamobrem ita ſtatuo, quod ſi conſuetudo illa vetus concionandi ad militem revocaretur in uſum, & ab imperatoribus noſtris recoleretur, non mediocrem ex ea re commoditatem poſſe ad Rempublicam redire. Et hæc quidem de imperatoris aut legati Regis officio ſatis dicta ſunt. Nunc vero quid Regem invicem facere oporteat, paucis demonſtrabo. Quem ergo ſuis copiis præfecit, huic omnem auctoritatem adminiſtrandi belli tribuet, ſic ut nemo ſit in caſtris atque exercitu, qui non ei pareat. qui vero ſecus fecerint, in eos graviter vindicabit,
& quo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

quo majori eſt potentia is qui detre-
at imperium, & quo plures ad idem
cinus impellere poteſt, eo ſeveriori
œna mulctari debet. Niſi enim aucto-
tatem belli dux obtineat, & niſi in ho-
ore ipſum habeant, ac dicto ſint au-
ientes milites, nihil unquam laude
ignum efficiet. Hinc eſt, quod ſupra
iximus, non probari Venetorum in-
titutum, qui cum in continente bel-
a gerunt, legatos adjungunt, qui ex-
ercitus imperatori præſcribant. Si præ-
lio ſit dimicandum, ſi quod oppidum
obſidendum, ſi mittenda ſubſidia, ſi
dimittendi milites aut etiam condu-
cendi, ſi facienda ſit oppugnatio, ſi de-
ditione capiendi qui obſidentur, ſi pu-
niendi facinoroſi, ſi remunerandi &
præmiis ornandi aliqui propter virtu-
tem, ſi conſtituendi præfecti, in his re-
bus omnibus, quid agendum ſit, illi præ-
finiunt. In quo ſane valde peccatur. nec
enim ullum aut collegam aut majoris
auctoritatis aliquem, qui non ſit in re bel-
lica exercitatus, attribuere oportet im-
peratori. Quantum vero ad reliquam ad-
miniſtrationem attinet, non me latet, o-
pus eſſe pluribus: partim ut belli dux non
diſtineatur aliis occupationibus; partim,
quod ejuſmodi munera ſunt ab ejus re-
mota profeſſione. nam alii ſunt ad alias

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

res magis idonei. Sed ejus tamen, qu ſummæ rerum præficitur, auctoritas intra hos fines includi debet, ut quotie aliquid majoris incidit momenti, quod celeritatem non requirit, ab ipſo Reg petatur conſilium. In ejus quidem poteſtate non erit, novum aliquod excitare bellum, aut pacem induciaſve longiores facere cum hoſte, niſi juſſu ac voluntate Regis, aut niſi magna quædam interveniat neceſſitas. Tunc enim licet, atque, ut paucis abſolvam, pro conditione hominis, atque cauſæ, & pro magnitudine intervalli, tribuenda eſt illi poteſtas. Sic enim Romani Conſulibus ad longinqua bella proficiſcentibus, majorem concedebant poteſtatem, quam cum in Italia bellum gerebatur: ſæpe etiam, pro ejus, qui mittebatur, virtute, plus minuſve tribuebant. In ſummam vero difficultatem rebus adductis, creabant Dictatorem, penes quem erat omne arbitrium. Qui plura volet cognoſcere de his, quæ in belli duce requiruntur, facile ſibi ipſe collegerit ex pleriſque libris ea de re ſcriptis, & ex hiſtoriis, iis præſertim, quæ clariſſimorum hominum res geſtas commemorant, cujuſmodi fuerunt Cyrus, Alexander, Pyrrhus, Hannibal, Marcellus, Fabius, Scipio, Themiſtocles, Lyſander, C. Cæſar, & id genus alii, quorum

facit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

cit mentionem Plutarchus. In iiſdem
ioque libris reperire licet abunde, quic-
uid ad diſciplinam militum pertinet,
uod eſt alterum mei propoſiti caput. &
uanquam à ſuperiori dependet, tamen
paratim de eo loquar, non multa qui-
em, ſed ea ſolummodo, quæ ad no-
rum tempus proprie pertinent, quæque
ipſe vidi, & ab hominibus earum re-
um peritis cognovi. Sunt autem tria po-
iſſimum ejus diſciplinæ præcepta: ex iis
rimum eſt, ut milites imperatori ſuo
areant, de quo ſatis antea. Scipionis
Africani dictum celebratur, Mille mili-
es obſequentes, præſtare decem millibus
ion obtemperantibus. Ab ipſo autem
luce pendet hæc obedientia. Nam ſi no-
nini ac profeſſioni ſuæ reſpondet, ſi Rex
li, quam oportet, auctoritatem tribuit,
non dubium eſt, quin dicto ſit habiturus
llos audientes. Nec enim ulla reperitur
hominum natio tam barbara, tam effe-
rata, quæ legibus atque pœnis non poſſit
ad officium & æquitatem adduci. Hæc
autem ſeveritas inprimis eſt neceſſaria
militiæ. niſi enim interveniat, tumultuo-
ſe ac perturbate omnia fient. qua quidem
in re quantum ſit malorum, quis om-
nium ignorat? Valde ſunt igitur repre-
hendendi præfecti, qui conciliandi favo-
ris cauſa, vel ut benigni atque clementes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

videantur, nimis leviter militibus ignc
ſcunt, ac ſæpe etiam delicta diſſimulant
in quo tanto magis peccatur, cum ve
imperatori non eſt obtemperatum, ve
aliquid contra leges aut militiæ moren
admittitur: quæ cum dimittuntur im
punita, ſummam adferunt licentiam
ac diſciplinam omnem enervant. Seve
ritas enim magis, quam facilitas atqu
mobilitas imperatorem decet. Erat Iuliu
Cæſar in cæteris rebus omnibus clemen
tiſſimus: belli vero tempore non item
neque tamen idcirco milites eum ode-
rant, imo vehementiſſime amabant. fere
enim fit, ut qui nimium militibus indul-
gent, eblandiendi favoris atque gratiæ
cauſa, tandem ob hoc ipſum vituperen-
tur, & in odia plurimorum incurrant:
qui autem in officio illos continent, hi &
amentur, & magnis celebrentur laudi-
bus. Vt ergo legibus pareant, & pro ſce-
lere ipſorum puniantur milites, impe-
ratoris eſt providere, tunc inprimis, cum
vel ſingularis aliquis, vel complures et-
iam privati, aliquid animadverſione di-
gnum admiſerunt. Cum enim aut totus
exercitus, aut pars ejus aliqua deliquit,
diſſimulandum eſt nonnunquam pro
tempore, majoris vitandi motus cauſa:
verum ubi nullum eſt amplius pericu-
lum, dabit operam, ut aut ulſciſcatur fa-

ctum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

m, aut ita ſe comparet, ut omnes in-
gant, iniquiſſimo ſe animo ferre,
quid contra majeſtatem imperii
que publicam admiſſum ſit, neque
oſterum ejuſmodi petulantiam eſſe
iſſurum inultam. Cavebit etiam, ne
am militibus det cauſam ſeditionis:
od erit, ſi de ipſorum jure nihil dimi-
at, ſi nihil cupide, nihil avare commit-
, ſi liberalitate juvet eos, qui vide-
ntur eſſe digni. ſed inprimis caven-
m eſt, ne quam fraudem in ſtipendiis
iat, & ut ad certum diem ea dependat,
que ſolutionem differat, & cum in
omptu non erunt pecuniæ, dolere ſibi
emonſtret; ſimul operam det, ut acce-
retur, atque interim omnem humani-
tem illis præſtet. Si qua vero ſit com-
eatus inopia, confirmabit eos, quibuſ-
nque poterit rationibus, ac ſe quoq; in
dem eſſe difficultate oſtendet, inq; re-
us omnibus amorem ſuum in ipſos de-
arabit, eorumq; incommodis non ſecus
tque propriis affici atque commoveri ſe
ræ ſe ferret, ſic tamen, ut ſui muneris at-
ue loci dignitatem ſervet, neq; nimium
e demittat, ad illos præſertim, qui ſunt
editioſi & minus obtemperantes. Duces
utem atque præfectos, & centuriones,
& præcipuos quoque milites, amanter
ac familiariter habebit: & ex omnibus
copiis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

copiis unam aliquam cohortem, de c
majorem virtutis opinionem habeb
ſingulari benevolentia complectetur,
quanti eam faciat quantumque tribu
ſignificabit. quod tamen ea dexterit
fieri debet, ut reliqui non invideant,
ad æmulationem excitentur ac virt
cum illis contendant. Facile hoc effic
ac conſequetur, ſi meritis honos ille
beneficentia tribuatur, ſicut C. Cæſar
erga legionem decimam feciſſe conſt
Hanc rationem ſi ſequatur imperat
non temere naſcentur ſeditiones; aut
tæ minimo negotio componentur.
terum ejus diſciplinæ præceptum eſt,
milites honeſte ac ſobrie vivant, qu
rum illud ad Pietatem & ad Rempub
cam pertinet, ne videlicet Deum offe
dant. Non eſt ergo concedendum ill
ut nomini divino contumeliam ulla
faciant: ne qua vis etiam ſacris inferat
locis, & Eccleſiaſticis, & viduis, & pup
lis, & aliis id genus calamitoſis homi
bus, imperatoris eſt providere, ſuoſqu
libidinibus & raptu & ſtupris, mag
conſtituta pæna, prohibebit. Ejuſm
enim maleficiis irritatus Deus, grav
nonnunquam plagas immittit, ut ta
ſacræ quam profanæ hiſtoriæ teſtant
Scortis igitur nullum in caſtris locu
permittet, ut Scipionem Africanum
Hiſp

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

paniis feciſſe legimus. Quod ſi autem vioris incommodi vitandi cauſa con-endum eſt, quemadmodum in civi-bus fieri videmus, curabit tamen, ne merus modum excedat, & tum verbis n reipſa militibus demonſtrabit, im-um illud vitæ genus diſplicere ſibi ve-nenter, & qui eo ſunt contaminati, ter æſtimabit; eos vero qui tempe-nter & honeſte vivunt, magni faciet. ia enim maximam temporis partem vitæ periculo verſantur, idcirco decet pietas atque modeſtia. Sed & vehe-nter in eo peccant noſtri homines, æſertim pedites, ac vitæ turpitudini etiam ſcelus adjiciunt, quod magnis iriis nomen divinum afficiunt, idque o nunc obtinuit, ut nullius fere ſit tii, & ignavus eſſe putetur, qui non o maxime excellat. quo minus debet veri mirum, quod nihil egregie perfi-nt. Cavendum eſt etiam, ne qua ſimul-inter ipſos oriatur, vel ut orta ſtatim etur, vitandi cauſa majoris periculi. od maxime tum ſolet evenire, cum in rcitu ſunt non unius gentis atque lin-e homines. Optimum igitur eſt, ut qui ribus & lingua & inſtitutis inter ſe erunt, non contineantur iiſdem ca-s, verum ut alii ſeparentur ab aliis, ulla præbeatur ipſis occaſio miſcendi

ſe, quod

ſe, quod fieri conſuevit, cum vel ann
na diſtribuitur, vel ad direptiones atq
prædam concurritur. Ad eam rem v
de confert præfectorum atque cent
rionum mutua inter ipſos notitia & b
nevolentia. Continenter etiam atque ſ
bric vivendum eſſe militibus, antea di
mus, ut ſcilicet in victu quotidiano & v
ſtibus omnem luxum defugiant, neq
ſe mollitiei dedant. quod nunc per t
tam fere Europam fieri videmus, ma
me vero per Galliam; ubi ſic aſſuev
runt deliciis, ut in caſtris non minus c
pioſe & laute & molliter vivant, quam
domi eſſent. Ex ipſis plerique nunqua
ferunt arma, niſi cum neceſſitas urge
cum vel metuunt, vel dimicandum e
prælio, & ne tunc quidem laborem a
huc ſubeunt, ſed armorum partem m
jorem ſuis calonibus atque ſervulis fere
dam tradunt. qua quidem in re multu
ſane eſt incommodi. Primum enim, r
mittitur eorum virtus, ac relangueſcu
animi & effœminantur, quod Hanniba
ejuſq; copiis, dum Capuæ ac in reliqu
Campaniæ locis moraretur, ſcimus acc
diſſe. Deinde, maximo commeatu op
eſt illis, & ſumma rerum copia. neque
nim rebus ad victum neceſſariis conte
ti ſunt, ſed exquiſitiſſimos etiam cib
requirunt, & ſi quid deſit, agunt ſeditio

& pr

: propter mutatum vitæ genus conſue-
um, incidunt frequenter in morbos,
uod minime fieret, ſi ſobrietati perpe-
io ſtuderent. Ad hæc, propter calonum
: jumentorum multitudinem, quæ ci-
aria & impedimenta perferunt, anno-
æ caritatem & inediam excitant, & bel-
administrationem impediunt, & cum
rælio decertandum eſt, magnis ſunt de-
endendi præſidiis: & non raro fit, ut e-
uites, quum ſuarum rerum jacturam
netuunt, ordines deſerant, & ſuis, qui
unt cum impedimentis, auxilio profici-
cantur. Poſtremo, ſumptibus exhauſti
nilites, quando è ſtipendiis nihil habent
eliquum, prædæ ſtudent atque rapinis,
c populum quem defendere debebant,
nagnis adficiunt incommodis, ideoque
ulgo ſunt odioſi, & cum bellum inci-
it, non minus quam hoſtes ipſi me-
uuntur, & hominibus cauſam ſæpe pre-
ent deſerendi ſedes, alioq; commigran-
li. Huic autem malo facienda eſt medi-
ina, ut ne voluntates hominum alie-
entur, neve alii deterriti noſtrum impe-
ium deteſtentur & exhorreſcant, totiſq;
iribus huc incumbendum eſt, ut noſtræ
enitatis ac moderationis fama, longe la-
eq; apud finitimos excitetur. neq; enim
lubium eſt, quin bene conſtituta Repu-
lica, pleriq; omnes noſtrum imperium
qui-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

quibuſcunque aliis anteponant. Po
quam ergo de Republica, tam don
quam foris adminiſtranda, diximus, re
quum eſt, ut quemadmodum Rex erg
vicinos principes atque populos gerere
debeat, tam pacis, quam belli tempor
exponamus. quo quidem in argumen
plus eſt difficultatis, quam in cæteri
Quomodo enim domi gerenda ſint om
nia, & quæ ſint ejus rationes, non pau
præſtantes viri cognitum habent atqu
perſpectum: ſed magnæ prudentiæ e
atque induſtriæ, cognoſcere, quomod
ſint in amicitia retinendi populi extern
quibus Gallia eſt undique cincta, Itali, Sa
baudi, Helvetii, Angli, Belgæ, Hiſpan
Germani. Tenere enim rationem atqu
modum gubernandi quos noveris, qui
que tuo ſint ſubjecti imperio, non tan
eſt difficile, quam pacem poſſe coler
cum iis, quorum ingenia non ſatis per
ſpexeris, & in quos nullum habeas impe
rium. Atque interim tamen hæc ratio ſi
eſt neceſſaria, ut ad regni ſalutem inpri
mis pertineat. Habet autem difficultaten
magnam, non ad agendum modo, ſec
ad cognoſcendum etiam, ut videlicet re
cte aliquis & idoneè præfinire poſſit at
que docere, quid in eo maxime conve
niat. Nam ad exterorum mores, inge
nium, negotia, & quæ ſæpe incidit in hi
omni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

nnibus, mutationem, accommodanda
nt conſilia: neque raro fit, ut quibus
quando ſumus uſi pacatis & amicis,
iiſdem nunc, ut ab hoſtibus, cavere
os oporteat: contra, quos olim ſumus
perti nobis adverſarios, ut iis favorem
benevolentiam omnem pręſtemus. Et
ia ſit futurum odioſum, ſpeciatim de
s rebus loqui, quæ mea ſit ſententia, in
nere proponam. Primum igitur eſt, ut
ii principatum obtinent, pacem cum
cinis omnibus & exteris colant, niſi
rte vel natura gentis vel religio diverſa
pugnet. Semper enim paci conſulen-
ım eſt, quæ firma ſit atque conſtans, &
æ nihil habitura ſit inſidiarũ, & in ſuſ-
piendo bello nihil tribuendum eſt am-
tioni, nihil gloriæ cupiditati, nihil ani-
i perturbationibus, ſed cum noſtra vel
petimus, vel injuriam aliquam ulciſci
gitamus, ad vim confugiendum eſt,
diſceptatione uti non licet. Item defen-
ndi cauſa vicinos & propinquos & a-
icos, adverſus vim & injuriam, arma
iam capimus. Inprimis autem ut à no-
s ipſis & ab iis qui noſtro ſubjecti ſunt
nperio, vim propulſemus. Quo in ge-
ere quid ſit obſervandum & agendum
ius, quam ad arma veniatur, in præ-
ntia non dicam, quia non eſt noſtri
opoſiti. Sed quoniam homines natura

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

ſunt vitioſi, & in principibus viris pl
runque exiſtunt honoris, imperii, poten
tiæ & gloriæ cupiditates, diligenter ob
ſervandum eſt, quid agant aut moliar
tur vicini, & providendum, ne facult
tem habeant ullam nocendi, in eaque
pro tempore & loco & ejus quem metu
mus conditione agi oportet. Nam qui a
faciendam injuriam inſtructus eſt, qu
vel actionem contra nos habet, vel alic
qui veteres nobiſcum exercet ſimultate
ab hoc multo diligentius cavendum eſ
quam ab eo, qui neque magna potenti
preditus eſt, neque malevolentiæ cauſar
ullam habet, aut ex iis altero deſtituitur
ſic etiam, ab eo qui verſutus atque calli
dus, & in quo cupiditas ambitioq; domi
nantur, magis ut nobis caveamus opor
tet, quam ab eo, in quo nulla eſt fraudi
injuriæque ſuſpicio, & qui non eſt ea v
virtute vel potentia, ut vim ullam nobi
inferat. Cum illis igitur à quibus injuri
metuitur, vivendum eſt amice, pacis tem
pore, ſic, ut nullam habeant doloris cau
ſam, & agendum liberaliter, ut intelligan
plurimum ipſis tribui & confidi. Quo
ſi vero callide & ſimulate nobiſcum age
re, & ſi facultates atq; vires habeant, au
etiam oblata occaſione, damnum allatu
ri nobis atque bellum ſuſcepturi vide
buntur, impediendi ſunt quibuſcunqu
lice

cet honeſtis rationibus : id enim jure
m divino quam humano conceſſum
t. Cujuſmodi autem ſint hæ rationes,
reviter exponam, non quidem omnes,
erum eas, quarum in hoc tempore me-
ıiniſſe poſſum, ex iiſq; reliquas erit non
ifficile intelligere. Primum ergo, non eſt
ermittendum iis, quos diximus, vicinis,
uantumvis etiam videantur eſſe amici,
t in Galliis aliquid faciant aut experian-
ur, quod ipſis occaſionem deinde præ-
eat muniendi ſe adverſum nos. Ejus ge-
ıeris ſunt, ne ipſis aut tranſire cum co-
iis, aut commorari diutius, aut anno-
ıam & arma pręter modũ exportare li-
eat, neve concedatur, ut nimis magnum
abeant uſum ac familiaritatem, aut ſua
onſilia communicent cum noſtræ di-
ionis hominibus, iis præſertim, qui fines
ncolunt, & pręfecti ſunt oppidorum cu-
todiis. Alterum eſt, ut fines bene mu-
ıiantur, ne qua vis inopinantibus adfe-
atur. Nam occaſio & facultas perficien-
li, ſæpe homines invitat, eos præſertim,
qui propter emolumentum non dubi-
ant violare fidem, & allicit, ut aliquid
entent & audeant, quod alioqui mini-
me ſint facturi, ſi propoſita difficultate,
ruſtra ſe conaturos viderent. Tertium
eſt, ut eos, qui fidelem operam nobis prę-
titerunt, rebus aſperis, non deſeramus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

ullo tempore, tunc inprimis, quand
cum hoſte paciſcimur, neque prædæ au
periculo fortunas eorum atque ſaluten
objiciamus, verum iiſdem conditionibu
complectamur, quas nobis ipſis pac
ſumus. Nam alioquin & facultas ill
aufertur opitulandi deinceps, ac ſimu
cauſa præbetur, ut à nobis deſerti atqu
proditi, rationes ineant, quemadmodum
reconciliati ad hoſtem tranſeant. in ec
que quantum ſit incommodi, facile qui
vis intelligit. Nam & inimici confirman
tur, & complures alii exemplo perterri
ti, recedunt ab amicitia, niſi imperio au
neceſſitate prohibeantur. Hæc etiam eſ
cauſa, quamobrem populi injurias Re
minime negligere debeat, eorum præ
ſertim qui ſunt in finibus. hos enim acer
rime propugnabit, ut ad virtutem in
flammet, & ad omnia ſui cauſa perferen
da reddat alacriores. Quartum eſt, ut
ei, quem diximus, vicino ſuſpecto, impe-
dimentum ſemper aliquod inferatur, ne
novis amicitiis atque facultatibus cre-
ſcat. Cum enim periculum eſt, ne novis
acceſſionibus amplificatus, nobis no-
ceat, impedire conatus illius licet atque
tardare. Et ſicut Paulum feciſſe conſtat,
excitata ſimultate atque diſſidio inter
Iudæos, qui in ipſius perniciem conju-
raverant: ad eundem quoque modum
licet

et occulte factiones & diffidentiam &
ſidium alere inter eos, qui conciliati
amicitia conjuncti, nobis incommo-
re poſſent. nec id modo, verumet-
n in ipſo, quem ſuſpectum habemus,
uſque populo idem eſt faciendum, ſic
men ut nullum turpe vel immane fa-
nus interveniat. Neque vero ſolum im-
diendus eſt, ut ne potentior evadat:
d ineundæ ſunt etiam rationes, ut
mptibus exhauriatur, & ſeipſum infir-
iorem reddat, & ut amicitiæ illi om-
s atque præſidia, quibus ad noſtram
rniciem uti poſſit, detrahantur. Inpri-
is autem elaborandum eſt, ut qui ſunt
ejus familia viri præſtantes conſilio
virtute, ad noſtras traducantur par-
s. quod quidem nemo facilius quam
alliæ Rex, efficere poteſt, propter om-
s generis præfecturas, & munera pu-
ica, quorum infinitus eſt numerus. id-
que fit, ut exteri, poſteaquam copias &
nolumenta Galliæ ſemel experti ſunt,
viti ſimi redeant ad ſuos. imo, non ſe-
el compertum eſt, illos, quum pro vir-
te ac merito honeſte & liberaliter eſ-
nt à nobis habiti, non minorem nobis
lem præſtitiſſe, quam noſtræ originis
que linguæ homines. Beneficiis enim
oſtris & humanitate capti, agros & poſ-
ſiones, quas domi habent, ſæpe relin-

 quunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

quunt, & nobis ſeſe totos tradunt, & perſpecta eorum virtute, graviſſimas aliquando præfecturas à Regibus obtinent, & provinciis finibuſque tuendis præponuntur, & præclare de Republica ſæpe meriti ſunt: ac docere poſſim, quibus temporibus illi, quum ſuam operam nobis detuliſſent, repudiati, maximis incommodis Galliam adfecerint. Hoc autem non eo pertinet, ut exiſtimem ab initio ſtatim illis fidendum, aut ullam rem majoris momenti committendam eſſe: verum ut benevole recipiantur, & ubi ſuę virtutis ac probitatis fidem fecerint, ornentur & augeantur. Hæ fere ſunt rationes, quibus utendum eſſe puto pacis tempore erga vicinos, quorum de fide & amicitia dubitamus; in eoque ſic agendum eſt, ut quam minimum offendantur. Cum autem ad vim illos & inferendam injuriam ſpectare videbimus, cum ſeſe munient, & quæ neceſſaria ſunt ad bellum, præparabunt, primum monendi ſunt, ut ab armis abſtineant, & æquitate rem gerant, & adhibendi viri boni, tanquam arbitri, qui controverſiam minuant. Qui enim hanc rationem ſequitur, quoniam ſibi diſplicere contentionem omnem, & pacis cupidum ſe profitetur, is & Deum ſibi reddit propitium, & hominum benevolentiam conciliat,

& po-

populũ ſuo ſubjectum imperio prom-
um efficit& alacrem,& amicos omnes
ibet ſui propoſiti adjutores, & adver-
riorum animos impetumq; refringit.
ihilo ſecius tamen interim ſeſe com-
uniat, ut à rebus omnibus ſit paratus;
ut non modo bellum illatum defen-
at, verumetiam, ſi ſit opus, inferat, &
oſtem laceſſat. Nam ad impetrandam
acem nihil eſt utilius, quam ut ad bel-
um aliquis habeat omnia parata & in-
ructa,nec ullam ſignificationem metus
ræbeat. Infirmitas enim virium & ani-
ii imbecillitas in aliquo deprehenſa,ve-
ementer ad inferendum bellum exci-
are ſolent. Cavendum eſt ergo Regi, ne
d hoſtem timide ſe atque demiſſe gerat,
ræſertim,ſi qua ſit affectus contumelia,
eve pacem ſollicitet, niſi extrema coa-
tus neceſſitate. eoq; magis cavere debet,
um hoſtis eſt aut cupidus aut ambitio-
us aut ſuperbus.Huic enim augeſcit ani-
nus illa demiſſione , & alii cum timo-
em animadverterint , relangueſcunt,
uiſq; rebus incipiunt deſperare,& duriſ-
imis fere conditionibus paciſcendum
ſt, quoties ad hunc modum pax ambi-
ur ac velut emendicatur. Ejus rei docu-
nenta peti poſſunt ab Athenienſibus,
uando Perſarum reges bellum ipſis in-
erebant, & à Romanis, quũ graviſſimis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

eſſent implicati bellis, præſertim adverſus Hannibalem. In ſummis enim anguſtiis conſtituti magnam ſemper animi fortitudinem atque conſtantiam præ ſe ferebant, neque turpem ullam aut indignam pacis conditionem admittebant, quæ ſane virtus animique magnitudo Regem aut principem virum non paulo magis quam civitatem aut populum aliquem decet. Præter id, quod diximus, de muniendis locis, videndum eſt etiam, quomodo illi quamplurimum noceri poſſit, ante bellum. Nam ſicut ignaviæ tribuitur, ſi trepides ac hoſtem metuas: ita quoque temeritatis eſt, contemnere illum, & imprudentiæ, non providere ſuis rebus in tempore. Valde enim eſt indecorum, ubi præter opinionem aliquid accidit, dicere vulgatum illud, Non putaram: præſertim, ſi res fuit ejus generis, ut præviderí poſſet atque caveri. Neque vero dubium eſt, quin conſilium idoneè ſuſceptum, & diu multumque deliberatum in rebus bellicis, tanti aut etiam majoris ſit momenti, quam robur ipſum & vis armorum atque copiarum. Hac enim ratione bellum non modo defendi, verumetiam alio, ac in ipſum quoque hoſtem derivari poteſt. quod ad regni ſalutem inprimis pertinet. Nimis enim multa ſunt pericula, quum in noſtris

fini-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

nibus & agris bellum geritur. quod ſi
ero bellum ipſe inferas, & hoſtem inva-
as, nihil earum rerum tibi ſit metuen-
um. Animadvertit hoc Scipio Africa-
us, qui Carthaginem delevit, & auctor
iit Romanis, tunc vehementer affli-
tis ab Hannibale, ut in Africam profe-
ti, Carthaginenſibus bellum facerent.
ua quidem re factum eſt, ut omni de-
ulſo ab Italia periculo Romanum im-
erium, vires ac dignitatem priſtinam
ecuperaret, illa vero populi Romani æ-
nula civitas funditus everteretur. Hoc
pſum deinde Hannibal, Antiocho Re-
;i, ad quem profugerat, bellum geren-
i cum Romanis, ſuaſit, & prudenter
uidem: ſed ille cum non obtemperaret,
n maximas incidit calamitates. Atqui
ihil eſt opus antiquitate, ad ea demon-
tranda, quando noſtri temporis exem-
la ſatis declarant verum eſſe quod di-
imus. Putant nonnulli, ſi bellum ſuſti-
ieatur in finibus regni per annos decem,
nulto id eſſe tolerabilius & minus per-
iiciosum Reipublicæ, quam ſi foris &
ipud exteros uno tantum anno gera-
ur: idque ſic exiſtimant propter pecu-
iiæ magnitudinem, quæ profunditur,
& è Galliis exportatur: ſed eorum eſt
iampridem exploſa & repudiata ſenten-
tia. Sic enim omnes prope ſtatuunt, de-

cem annorum bellum, adminiſtratum à nobis in Italia, multo minus Reipublicæ nocere, quam per unum duntaxat annum in finibus geratur. Non nego equidem, unius arcis aut oppidi poſſeſſionem acquiſitam in finibus, modo ut fieri poſſit abſq; graviori motu, magis eſſe commodam & opportunam Reipubl. quam ſi foris & longe à finibus multa ſimus adepti. verum ea de re poſtea ſum dicturus. Qui igitur & auctoritatem ad vicinos retinere, & illis volet uti pacatis, ordinem rebus omnibus adhibeat, & ſit in omnem eventum atque caſum, ſive repentinum ſive deliberatum, inſtructus atque paratus, & amicitias conſervet, & rationes ineat, quibus aut bellum alio transferat, aut is qui vim inferre cogitat, tardetur & impediatur. Et quanquam Gallia præ cęteris regionibus facile poteſt inferentibus bellum reſiſtere, partim propter omnium ordinum obſequentiam & affectum erga Regem, partim propter colligendæ pecuniæ facultatem, partim etiam propter ampliſſimum & perpetuum equitatum: tamen ex uſu & dignitate Reip. ſit futurum, ſi mari quoq; plurimum poſſemus, quandoquidem & ad Oceanum & Mediterraneum mare Gallia pertinet. Sic enim fieret, ut non modo civitates ac populi maritimi, val-

de lo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

locupletes atque copioſi, Regis impe-
o ſubjecti, ſed vicini quoque omnes,
etu periculi, in fide & amicitia perma-
erent: mercatores etiam multo liberius
que tutius commearent, & maximas
eipublicæ commoditates adferrent, &
rto bello, navigatione hoſtes facile poſ-
nt, propter noſtræ claſſis magnitudi-
em, prohiberi, & omnibus in locis, quo
oſtris navibus pateret aditus, militum
ræſidia diſponere, & ſumptum facere
ogerentur, noſtramque oram mariti-
nam minime auderent divexare. Nam
na ſolum claſſis bene munita rebus ne-
eſſariis, propter commoditatem navi-
gationis uſui & auxilio eſſe poteſt mul-
is regionibus, longo ſeparatis interval-
o, quod terreſtris exercitus minime po-
eſt. Etenim noſtra ętate, quomodo Vene-
i ac Genuenſes creverint, ſuoſque fi-
nes dilatarint ſcientia & uſu rei mariti-
mæ, nihil attinet commemorare, & hi-
ſtoriæ pleræque teſtantur, eos qui mari
plurimum poſſent, celeritate & magnitu-
dine rerum geſtarum, præſtitiſſe aliis, qui
in continente ſolum alerent exercitus.
Exemplo ſunt Athenienſes, Carthagi-
nenſes, Romani, qui tunc demum, ubi
mare ſibi patefeciſſent, vehemẽter ſuum
auxerunt imperium, longiſſimeque
ſunt progreſſi: Cn. Pompeius inprimis,
qui

qui ſexaginta dierum ſpatio, totum illud mare à prædonibus liberavit, & civitatibus omnibus atque ſociis populi Romani tutam præſtitit navigationem, cum ante id tempus, in ipſo prope conſpectu urbis Romæ, piratæ graſſarentur, nec quiſquam, niſi illorum beneficio atque permiſſu, auſus eſſet mari ſeſe committere. Terra certe nihil ejuſmodi fieri potuiſſet, niſi plurimis exercitibus & longiſſimo tempore. quo magis videre licet, quanti ſint momenti navigationes illæ. Nam ii quos diximus, prædones, etſi humilis erant conditionis atque fortunæ: tamen freti ſua ſcientia, non ſocios tantum populi Romani, ſed & ipſam urbem Romam, in eas redegerant anguſtias atque difficultates, ut niſi Pompeii virtus atque fœlicitas interveniſſet, tempeſtas illa vix ægre propulſari potuiſſet. Non me quidem latet, maximos ad eam rem ſumptus requiri, & fore, ut populi fiat diſpendio, propter novas exactiones: veruntamen, ſi quod bellum maritimum incidat, neceſſe erit ut ita fiat. hæc enim ætas atque memoria docere nos poſſunt, quanto ſit factum Reipublicæ noſtræ periculo & incommodo, quod idoneam ad reſiſtendum claſſem nullam haberemus. Quod ſi belli non ſit ulla ſuſpitio, fateor aut nullum, aut non

majo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

ajorem ſumptum iis locis faciendum
ſe, quam populus commode ferre poſ-
t. at profecto, quemadmodum equita-
ıs ille perpetuus eſt non ſolum orna-
ento & præſidio toti regno, ſed hoſti-
ıs etiam terrori: ad eundem quoque
odum, ſi claſſem haberemus inſtru-
am ſemper & amplam pro magnitu-
ne & facultatibus noſtris, tutam atque
catam undique ſimus habituri Gal-
am, & ad ſummam perventuri poten-
am brevi tempore. Nam & ad Regis fa-
ıltates maxima fieret acceſſio, & priva-
m ad univerſum populum ingentes re-
rent commoditates, mercaturę ſtudio,
od plerique, depulſo non ſolum peri-
lo, ſed metu etiam periculi, ſectaren-
r. Iam vero quoties aliquid de tumul-
& incurſione repentina nunciatur
oris maritimis, magna trepidatione
ncurſatur, & non niſi maximo ſum-
u vix tandem reſiſtitur. Hoc autem
commodum, parata claſſe, facile poſ-
vitari. Aut enim ab injuria & male-
io abſtinerent omnes, aut ſi quid cona-
ntur, minimo negotio poſſent, ante-
am nocerent, profligari. quod ſi etiam
ures conjuratione facta nos laceſſe-
nt, ex iis ſinguli à nobis correpti & ex-
itati, non poſſint auxilio alii aliis ad-
e. Quare ſic ſtatuo, etſi initio quidem
populo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

populo videtur futurus eſſe gravis h
apparatus : tamen ſi commoda ſpect
mus & emolumenta, non debere quei
quam ejus ſumptus pœnitere. Sed int
rim hæc eſſet adhibenda cautio, ut mar
timæ civitates, & illi, ad quos maxin
pars commoditatum atque quęſtus rec
tura ſit, majorem etiam ſumptus parte
ſuſtineant, & amplius contribuan
quam qui mediterranea loca incolun
ſumptus autem pro magnitudine belli
temporum conditione erunt modera
di. Quod ſi etiam præter publicam cla
ſem, ſingulæ privatim civitates mari
mæ, naves haberent inſtructas, valde
profuturum in commune. patefactis
nim omnibus viis, & ſublatis pericul
multi exemplo & lucri magnitudi
provocati, naves ad exercendam merc
turam conſtruerent, quarum deinde
futurus etiam uſus ad bellum. Diligent
hoc & ſtudioſe quibuſdam à populis fie
videmus. Et ut ne nimium res differatu
optimum fuerit, ſi Rex communica
conſilio cum hominibus earum reru
peritis, rationem ineat quamprimum i
ſtituendi operis. Quantum ad me pert
net, neque ullam in eo ſcientiam mihi a
rogare poſſum, neque etiam eſt inſtitu
mei, ut prolixius de eo loquar, & ſu
alii complures, qui recte in medium co
ſule

lere poſſunt. Vnum ſolummodo di-
m, quod & uſitatum eſſe video vici-
s circum populis, & à Rege multo poſ-
commodius, quam ab illis fieri. hoc
item eſt ejuſmodi, ut Rex nullum ge-
us annonæ vel mercium exportari na-
bus permittat. Eſt enim copioſa & re-
us omnibus abundans, Gallia, ſic ut alio-
um commerciis multo facilius, quam
i noſtris, carere poſſit. Quod etiam illi
obis denegant, quanam ratione poſtu-
nt hoc ſibi à nobis concedi? niſi forte
actionibus aliter ſit conſtitutum. quan-
uam ſane & hoc emendari poſſit. Gal-
a enim multas habet agendi facultates,
uibus aliæ regiones ſunt deſtitutæ. Ac
tis eſt mihi, vel levem aliquam ejus rei
entionem intuliſſe, ut qui ſunt peri-
ores, occaſionem habeant diligentius
e eo cogitandi. Nam ſi animum ſemel
ex adjiciat, multos eſt habiturus conſi-
& inſtituti ſui adjutores. Reliquum
t, ut exponam, quemadmodum extra
alliæ fines bello ſint acquirendæ pro-
nciæ & conſervandæ. quicquid enim
actenus dictum eſt, ad regni ſolum ad-
iniſtrationem pertinet. Quia vero tem-
us nonnunquam incidit, ut Rex aliqua
avi de cauſa bellum ſuſcipiat, longe à
ibus, & quoniam non hoc ſolum tem-
ore, ſed paulo etiam ſupra hanc memo-
riam,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

riam, id genus bella, maximis jacturis facultatum & multorum præſtantium virorum, à nobis fere adminiſtrantur: deinde, quoniam occupatas ſæpe regiones, facili momento rurſus amiſimus non abſque ludibrio & ignominia: res ipſa poſtulat, ut demonſtretur, quid à nobis peccatum, & quid deinceps cavendum ſit atque agendum, ſi forte vel amiſſa recuperare cogitamus, vel etiam nova comparare. Atque, ut ſupra fecimus, generatim de his rebus omnibus loquar, nec ullius honorem aut exiſtimationem lædam. Inprimis ergo diu multumque Rex deliberet, an graves atque veras habeat ſuſcipiendi belli cauſas, & ſuorum audiat de eo ſententias. Niſi enim legitima ſubſit cauſa, non eſt quod ſperemus, Deum juſtitiæ vindicem, adfuturum eſſe noſtris conatibus. qui etiamſi fortaſſe felicem ſucceſſum atque victoriam concedat, & eos quibus bellum infertur, pro ſcelere ipſorum ulciſcatur, & finibus omnibus atque poſſeſſionibus ejici permittat: tamen illos, qui injuſtam vim adferunt, & aliorum facultates occupant, non dimittit impunitos, vel in hac mortali, vel in illa ſempiterna vita. Poſtquam vero de cauſa belli conſtiterit, proximum eſt, ut deliberetur, quomodo ſit agendum, an aliquid impediat, an abſque ma-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

no diſpendio fieri poſſit, an vero plus
n eo ſit metuendum periculi, quam
perandum emolumenti. Majoris enim
liquando detrimenti vitandi cauſa,
neceſſe eſt tentare fortunam; præſer-
im, ſi quid iſtud ad rem conferre vide-
bitur. Verum ubi nulla cogit neceſſi-
as, & quando voluntarium eſt bellum,
c ſolum commodum atque lucrum eſt
ropoſitum, nihil temere tentandum
ſt, niſi probabile ſit, perfici poſſe, quod
nſtituimus. nullum enim bellum geri
oteſt, in quo non ſit periclitanda for-
una: cumque res in eum caſum inci-
it, longe præſtat differre, quam feſti-
are nimium atque celeriter procurre-
e. Cum autem non commodum, ſed
onos agitur & exiſtimatio, cujus facien-
a ſit jactura, ſi nimium res differatur:
um certe, quemadmodum reliquas in-
rias perſequimur & vim à nobis de-
ellere ſolemus, minime cunctandum
t: honoris enim atque famæ multo
ravius eſt, quam opum atque bono-
um diſpendium. Idem faciendum eſſe
uto cum periculum eſt, ne mora dila-
oq; belli magno aliquo damno Remp.
dficiat, cum videlicet metui oportet, ne
uis alius eam regionem, quam nobis ad-
ingere cogitamus, prœoccupet, ex eaque
lurimum deinde nobis incommodet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

Hæc autem omnia conſiſtunt in acti-
ne, neque tam doctrina, quam uſu & e-
perientia opus eſt, ut ſcilicet Rex cogn-
ſcat, quid à ſuis, quid ab amicis exſpect-
re debeat, quo ſint ingenio, quibus facu-
tatibus atque viribus hoſtes eorumq-
ſocii, item quanti ſint faciendi ſumptu-
quomodo corrogandæ pecuniæ, quæ
ejus regionis, quam debellare inſtitu-
natura, quæ loca, qui aditus, & id gen-
alia multa, quæ rei bellicæ periti hom-
nes intelligunt. Caveat autem, ne teme-
fidem habeat, vel cauſis parum firm-
vel hominibus aliquo perturbatis aff-
ctu & imperitis: item, ne quid ſuæ priv-
tim cupiditati atque deſiderio tribua-
ſed omnia potius metuat, & plena diff-
cultatis atque periculi ſibi fingat & pe-
ſuadeat ipſe. cumque iis rebus ad conc-
lium delatis, ex uſu Reipublicę viſum fu-
rit, ut ad actionem veniatur, conſiderar-
dum eſt, an regio, cui bellum facere d-
crevit, defendi poſſit, item an idonea
& opulenta ſatis, ut ſe ipſa ſuis vectig-
libus atque copiis tueatur. Nam ſi con-
ſtat eam defendi non poſſe atque retin-
ri, valde ſit ineptum & inconſultum
ſubire diſpendium rei familiaris & tem-
poris & exiſtimationis. Videndum
igitur, an impedimentum illud, an-
quam ad arma deſcenditur, vel etia-
be

lli tempore poſſit auferri: quod ſi tolli
n poteſt, deſiſtendum eſt negotio, &
gitandum de aliis, unde plus emolu-
enti, atque gloriæ, ſperare liceat. ſic
oque faciendum eſt, quum aut belli
nptus, aut ipſa loci defenſio videbitur
cedere fructus annuos atque commo-
, quæ quocunque modo percipi poſ-
nt. Nam & hac de cauſa Romani ſæ-
repudiarunt provincias, quæ in fidem
ſorum ultro ſeſe permitterent. Dixi
tem de commodis non ſimpliciter,
d quæ quoquo modo provenire poſ-
nt. Fieri enim poteſt, ut ſumptus ma-
res ſint fructibus, & tamen regionis
tura ſituſque tanti ſint momenti, vel
l reliquam regni partem tuendam, vel
mmeatus aditusque cauſa, ut impen-
rationem habere non oporteat. De-
de, cum alicujus regionis occupatio
l defenſio, magnis jacturis conſtitit,
es autem eſt, brevi poſt tempore, ſump-
s poſſe minui, fructus autem amplifica-
non eſt anxie de eo, quod impenditur,
gitandum. Huc enim ſi quis reſpiciat,
hil unquam acquiſiturus ſit bello, pro-
erea quod initio fructus plerunque
on reſpondent ſumptuum magnitudi-
. Breviter, etiam ſi quod inſtituimus, fa-
e factu videtur: tamen non præſens
odo tempus, verum etiam futurum,

neque tam quid utile, quam quid ſit h
neſtum, conſiderandum eſt; ac omnin
faciendum, ut ſolent ii, qui agrum a
prædium ſibi comparant, aut præfect
ram aliquam atque ſacerdotium an
biunt. Hi enim non ſolum magnos ſuſc
piunt labores, verum etiam, an quod c
piunt, ſint impetraturi, & ubi impetrav
rint, an ſine lite & controverſia poſſi
eo frui, in dubio verſantur. Poſtquam e
go re omni diſceptata, placuit ſuſcipie
dum eſſe bellum, non eſt amplius diff
rendum, ſed rebus neceſſariis procurati
ad actionem ilico veniendũ eſt. Nam in
terjecta mora, ſpatium & tempus datu
hoſtibus communiendi ſe & concilian
amicos, & quod arcanum eſſe oportui
effertur in vulgus, & relangueſcunt an
mi, & augetur ſumptus, & rei bene ge
rendæ occaſio amittitur, neque raro fi
ut quod inſtitutum eſt, prorſus conc
dat. Neque tamen tumultuoſe aut in
conſiderate agendum eſt, verum ubi a
quemlibet caſum inſtructa erunt atqu
parata omnia, tota mente & animo in
cumbendum eſt actioni, & utendum ho
minibus peritis atque induſtriis, in eo
que diſtribuendæ ſunt præfecturæ ac re
liqua munera, ſic ut alter alterum no
impediat, & diligendus eſt imperator, ei
que tribuenda poteſtas & auctoritas, u
ſupr

pra diximus. Quod ſi Rex non intereſt
ſe adminiſtrationi belli, quoſdam è
is deliget, iiſque negotium dabit, ut
oſtpoſitis omnibus occupationibus, in
ſolum re ſtudium & operam omnem
onant, cumque aut reſpondendum erit
it agendum aliquid majoris momenti,
onjunget ſe illis, & rem una cognoſcet,
t prompte & idoneè ſingula gerantur,
uod in bello maxime requiritur. In-
ndæ ſunt autem quæcunque rationes,
t hoſti quamplurimum noceatur, nec
llum ſubſidii genus rejiciendum eſt, ut
communias, illum autem infirmio-
em redigas. neque vero ſumptui par-
endum eſt, & quo celerius rem confi-
as, duplicandæ ſunt potius impenſæ.
am ut de periculis & variis incommo-
s, quæ ſolent evenire, cum interponitur
ora, nihil dicam, multo ſunt etiam fa-
endi majores ſumptus. Galli autem in-
imis operam dabunt, ut confeſtim ex-
ediant quod propoſitum habent. eſt
im ipſis innata quędam alacritas & ar-
or, qui paulatim relangueſcit, & prope
tinguitur. Cum igitur pecuniis & donis
pollicitationibus aut id genus aliis ar-
bus confici res poteſt, eo eſt utendum
dminiculo, neque differendum, donec
conſequaris quod optas. Et quanquam
omines earum rerum periti, quid in eo

ſit agendum, ſatis intelligunt: tamen quoniam hac memoria ſæpius in eo graviterque peccatum eſt, magno cum Reipublicæ detrimento, putavi aliquid de eo mihi dicendum eſſe. Nunc deinceps, quomodo ſint ſtatuendæ ac conſervandæ provinciæ, bello acquiſitæ, explicandum eſt. Quamvis autem ex uſu & tractatione rerum præteritarum, & ex monumentis librorum atque hiſtoriarum, quas diximus, facile cognoſci poteſt, quid ſequi oporteat: tamen ſecutus morem meum, quod mihi videtur ad præſentem ætatem congruere, & quid in eo ſæpe noſtri homines peccaverint, amiſſis, quas bello viciſſent, regionibus, breviter exponam. Vt igitur parta conſervemus, duabus in rebus poſitum eſt, in armis atque legibus. Et armis quidem opus eſt initio, neque diſcedendum eſt ab iis, etiamſi populus magnam præſtet obſequentiam, eoque utendum eſt præſidio, donec pacata erunt omnia, & in eum caſum res deducta videbitur, nulla ut ſit deinceps metuenda rebellio. Conſtituta deinde Rep. bonis legibus & adminiſtratione juris, dimittendus eſt exercitus, vitandi ſumptus & recreandæ regionis cauſa. verum interim, quoad de populi voluntate compertum ſit, & pacati omnes circũ vicini, pręſidio ſunt relinquendę non-

nullæ

llæ copiæ, partim, ſi qua nova res obla-
ſit, ut reſiſti poſſit; parim, ut præfecti
nnes in officio contineãtur. In ipſa ve-
jurisdictione, magna quadam opus eſt
ligentia & ſeveritate, quoniam munus
oc eſt perpetuum, ab eoque reliqui om-
s ordines dependent. Quæ vero ſupra
ximus, de conſervando regno, deque
iciplina militari, huc etiam pertinent,
deoq; non repetam. Sed ut provinciam,
uper adjunctam tuæ ditioni, tuearis, in
o plus eſt difficultatis, quam ut vetus
patrimonium ac hæreditatem conſer-
ves. Primum igitur conſideranda ſunt o-
mnia pericula & caſus, quibus amitti poſ-
ſit, quod nuper acquiſitum eſt, & provi-
dendum in tempore, quomodo iis oc-
curri debeat: & inter alia conſideran-
dum eſt, an qui ſuis finibus expulſus eſt,
aut ipſe adhuc ſuperſit, aut aliquem ſuæ
ſtirpis atque familiæ ſuperſtitem relique-
rit, qui litem atque turbam excitare poſ-
ſit: an devictæ regionis populus univer-
ſus eam familiam amet, an vero pars ali-
qua populi, & quota: deinde, an vicini
circum Principes atque populi, ſint ami-
ci, nec ne, an vero neutri parti ſtudeant:
an regio ſit natura & opere munita, an
frumentaria & copioſa, cæteriſque rebus
ad defenſionem neceſſariis abundans:
poſtremo, an finitima ſit & mittendis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

auxiliis opportuna, an vero longe à tu finibus remota. His omnibus animadverſis, ſi ad ejus tuitionem videtur nihi opus eſſe magna cuſtodia, deducend ſunt milites, & quam minimum ibi relin qui debet præſidiorum, partim minuendi ſumptus cauſa, & ne populus nimium gravetur, ut antea diximus, partim, ut ne qua vis atque turba moveatur. Milites enim natura ſunt contentioſi, & vitam hac ratione tolerant, ideoque perfacile ſit, ut vicinis cauſam aliquam offenſionis præbeant, unde poſtea ſit oriturum grave aliquod bellum. deinde, etiamſi liberaliter cum ipſis agatur, vix tamen ab injuriis & maleficio ſibi temperant, & multa proterve ac libidinoſe faciunt. breviter, ita ſeſe comparant, ut niſi ſumma in neceſſitate, nemo ſocietatem eorum expetat. Sin autem aliqua ſubeſt cauſa, quamobrem ſit opus magno præſidio: certus eſt adhibendus modus atque cautio. Nam ſi frequens eſt ejus regionis populus, & exercitatus in armis, aut ſi vicini ſunt potentes ac inimico in nos animo, collocandi ſunt in præſidiis homines externi. quæ ſane res maximos ſumptus requirit, ac multas adducit incommoditates. Ex his enim, qui rem familiarem auxerunt, & militia facti ſunt divites, cupiunt ſemper hoc ipſum, quod

adepti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

pti ſunt, aſportare domum: qui ve-
unt tenuioris fortunæ, quando legi-
ac inſtitutis,quod inprimis eſt neceſ-
vivere ipſos oportet, quia ſtipendium
n ſatis eſt ipſis ad victum, ſtationem
e deſerunt, & ſi forte pudore adducti
nſerint,tamen honeſte diſcedendi oc-
ionem circumſpiciunt, & totius re-
nis jacturam atque defectionem levi-
ferunt. Populus etiam, cum invitos
os apud ſe commorari,& moleſtię plus
ferre quam emolumenti, animadver-
, non ſolum ab illis liberari cupit, ve-
m etiam adverſariis operam ſuam, ut
i profligentur, præſtat. & quanquam
c ipſo majorem aliquando ſervitutem
bi comparant,tamen excæcati odio vix
ndem agnoſcunt. Eſt igitur ſummæ
s difficultatis, ejuſmodi provincias ab
oſtibus defendere,cumq; prævideri po-
ſt ea difficultas,neque ſpes apparet ulla
endæ regionis, abſque perpetuo præſi-
io, conſultius foret non ſuſcipere bel-
m, ſed paciſci potius cum adverſario,
el occupatæ provinciæ dominum ali-
uem præficere,qui tibi ſit propter acce-
tum beneficium devinctus, quod Ale-
andrum Magnum, populumque Ro-
nanum multis in locis feciſſe conſtat.
Quod ſi vero patrimonii & regni tui ſa-
utis cauſa,neceſſe eſt regionem illam ha-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

bere in tua poteſtate, faciendus eſt quantumlibet magnus ſumptus, & ineundæ rationes, ut quicquid eſt impedimenti, quantum fieri poteſt, tollatur. Ex iis autem primum eſt, ut ex militibus plerique & potiores incipiant amare provinciam. quod fiet, ſi vel poſſeſſiones illis dentur, quas vendere non liceat, aut uxores. quod Gulielmum Normanniæ Ducem, occupata Britannia, feciſſe legimus, magna parte facultatum & agrorum in ſuos diſtributa. quo factum eſt, ut hi ipſi magno ſtudio & alacritate regionem illam tuerentur. Idem à Romanis atque Græcis factum eſſe conſtat, qui devictis provinciis, in ea fere parte, quæ omnium maxime videbatur opportuna & fructuoſa, exædificabant urbes, eoque transferebant ſuæ gentis atque originis homines, eiſq; domos & agros attribuebant, quos colerent. Hi conſuetudine ipſa & convictu morem ejus regionis omnem condiſcebant, & benigne ſeſe erga vicinos gerebant, ſic interim animo parati, ut quæcunque fortuna incideret, eorum à quibus erant miſſi, dignitatem atque ſalutem defenderent. Idem erat ſtudium atque voluntas aliorum, qui cohabitandi cauſa ſeſe ipſis adjunxiſſent, propterea quod eodem jure, iiſdem utebantur legibus, & eundem ſeſe populum
eſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

ſe cum illis judicabant. Alii quidam, ım de populi nuper devicti voluntate rga ſe deſperarent, migrare illos atque des alio transferre cogebant, & aut ſuæ nguæ & ditionis homines, aut etiam xteros aliunde adſcitos ibi collocabant, uod & Alexander Magnus, ac ipſius einde ſucceſſores multis in locis fece-unt. ſed non modo inhumanum eſt ſtud, verum factu quoque difficile: alte-um autem multo eſt commodius. Quia vero parum ſit futurum in eis præſidii, ad ſuſtinendam vim ullam majorem, præmiis ac pollicitationibus invitandi ſunt ad virtutem atque conſtantiam: in-terim tamen in eos, qui vel non impetra-ta dimiſſione diſcedunt, vel alios ad diſ-cedendum ſollicitant, graviter eſt ani-madvertendum. Et hęc quidem de militi-bus, qui præſidio relinquuntur. Ad inco-las vero quantum pertinet, iis perſuaden-dum eſt, ut impoſitum onus æque fe-rant, & deſiderium ſuum leniant emo-lumentis: ad ipſorum pertinere ſalutem ea militum præſidia, ne videlicet ab ini-micis diripiantur; ubi fidem ſuam atque benevolentiam ſemel approbarint, fore ut liberentur. Ipſius autem præfecti ſive legati comitas & manſuetudo plurimum eo conferet, ſi & amorem illis præſtet, & ipſorum injurias minime ſe neglectu-

rum

rum eſſe demonſtret, neque paſſurum, ut aut ipſis aut ipſorum liberis & uxoribus & facultatibus ulla vis inferatur. Quod ſi Rex etiam ipſe per aliquod tempus in iis locis moraretur, ſuamque benevolentiam hominibus declararet atque teſtatam faceret, non dubium eſt, quin vehementer commoveret, ad ſuique amorem inflammaret. Apud veteres mos erat, ut iis populis, quos bello viciſſent, obſides imperarent, pro cujuſque civitatis magnitudine, quo reliquos in fide & amicitia continerent. Hac enim ratione nobis uti, & honeſtam aliquam cauſam invenire liceat, cur ita fiat; linguæ ſcilicet perdiſcendæ cauſa, vel ſimile aliquid. Atque his remediis utendum eſt, cum illi aut rebellaturi videntur, aut bello ſunt inutiles. verum ſi ſpes ulla ſit, permanſuros in fide, ſtipendiis excitandi ſunt, meo quidem judicio, & attribuendi reliquis copiis, ut noſtrum militiæ genus condiſcant, noſtriſq; moribus paulatim aſſueſcant, & gentem noſtram adamare incipiant. qui ſunt etiam ex ipſis primi ordinis & majoris dignitatis, amplificandi ſunt præfecturis. Nec enim ii ſolum, quibus datur ſtipendium, ſed ipſorum quoque neceſſarii & amici hac ratione conciliantur, & alii in ſpem veniunt eadem conſequendi, & quia fidem ſibi haberi intelligunt,

lligunt, valde adficiuntur. Huc accedit,
uod minori & ſtipendio & detrimento
iorum vitam tolerare poſſunt, quam
teri. Atque ut initio non ſint noſtris
rtute & exercitatione conferendi, pau-
tim tamen majorem uſum armorum
bi comparant; nobiles præſertim, &
uicunque ſunt honeſtiori loco nati.
lanc rationem ſecuti ſunt Romani,
ræci, & quicunque alii rebus geſtis cla-
uerunt. Neque enim video, quemadmo-
um provincia ulla, ubi præſidiis opus
ſt, diu conſervari poſſit, niſi incolas et-
um traducamus ad noſtras partes, eo-
umque utamur opera. Vidit hoc Turca-
um Cæſar, ejus, qui nunc præeſt, avus,
deoque devicta Græcia, multiſq; aliis lo-
is captis, cum animadverteret non ſe
oſſe illa tueri ſuis copiis, noſtræ religio-
is hominum liberos delegit in iis ipſis,
uas expugnaverat, provinciis, eiſque ad
uam militiam aſſuefactis, utebatur. Hi
unt, quos vulgo Ianizaros appellant. Sed
rudele eſt hoc inſtitutum & immane, &
uturum aliquando pernicioſum atque
xitiale Turcico imperio: Ianizari enim
nilites, pertæſi tandem dominatum il-
um tyrannicum & inhumanum, excita-
a rebellione, ſummam imperii inter ſe
artientur olim, idque eo magis, quod
ullas habent poſſeſſiones, & ſtipendiis
tan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

tantummodo vitam tolerant. Illa igit
quam ſupra dixi, ratio, multo eſt & h
manior & ad diuturnitatem utilior. A
terum eſt, ut quæ loca videbuntur po
defendi, præſertim quæ poſita ſunt in
nibus, muniantur rebus omnibus nec
ſariis, ut vel totum annum obſidione
ſuſtinere poſſint, in eoque magna eſt a
hibenda diligentia; & ſi quid negliger
ter adminiſtratum erit, in eum cuj
culpa factum eſt, ſevere vindicandun
Ejuſmodi locis præficiendi ſunt egreg
duces, & imponendi milites, quantu
ſatis videbitur, exercitati quidem illi, a
omnia ferenda parati, qui deditionen
minime faciant, quandiu ſubſidii ſpe
ulla erit reliqua, & qui conditioner
nullam ab hoſte recipiant, niſi extre
ma inopia & neceſſitate adducti. Qua
propter externo milite utendum eſt
qui nullas habeant iis locis facultates au
agros. Hi enim fraudi atque corruptela
minus ſunt expoſiti. Ipſum vero ducen
oportet magna præditum eſſe virtute
quem milites obſervent & revereantur
quem peritiæ rei militaris nihil latear
Sunt enim qui excellant, quum prælic
dimicandum eſt, qui tamen ad toleran-
dum obſidionem & procurandum ea
quæ ſunt in anguſtiis neceſſaria, mini-
me ſint idonei. Sed præter eam, de qua
ſæpe

e jam diximus, experientiam, requiri-
etiam in duce prudentia, ut iis, quæ
quamque occaſionem incidere ſolent,
deri poſſit; ut militibus animum
lat, eoſque ab omni factione atque
ba prohibeat; ut annonam atque ci-
ria recte & idoneè diſtribuat, & id ge-
s alia procuret. Liberaliter autem ha-
ndi ſunt duces, ne vel inopia coacti, vel
r iracundiam, turpiter aliquid faciant:
providendum eſt, ne ſint cupidi & a-
ri. nam id genus homines, etiam ut
rtaſſe non turpem aliquam deditio-
m faciant, pecuniis corrupti, quod in-
imis eſt metuendum, tamen quia ſunt
rem familiarem intenti, ſumptus ne-
ſſarios ſæpe prætermittunt, & minus
cepti ſunt militibus, & amplificandi
i cauſa, foris & ad hoſtem multa fa-
unt, quæ periculo non carent. Nihil igi-
r his, præter loci defenſionem, com-
itti oportet, neque concedendum eſt,
in civili adminiſtratione aliquid ſibi
mant: imo conſultiſſimum erit, ut &
ſi & milites, niſi gravi de cauſa, non
odeant longius, & minime ſint fami-
ares oppidanis, nec in ſuas munitiones
uemquam admittant, niſi quantum o-
us erit ad uſum quotidianum. Congreſ-
us enim illi & colloquia magnis ſæpe in-
ommodis occaſionem præbent. Et hæc
quidem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

quidem hactenus dicta ſint, quomodo
& armis conſervanda ſint quæ bello c
pimus: nunc autem de legibus atque j
re quædam nobis dicenda reſtant. H
enim diſciplina in ejuſmodi provinci
multo magis, quam in priſcis atque av
tis poſſeſſionibus eſt neceſſaria, tame
diverſum fere fieri videmus. Et quan
quam ex iis, quæ ſupra commemorav
mus, ſatis intelligi poteſt, quomodo
adminiſtranda Iuris dictio, quomodo a
ſuefaciendi ad diſciplinam milites, quo
modo de commeatu cæteriſque rebu
providendum, & exercenda mercatura
& minuendæ controverſiæ, tamen ſpe
ciatim & diſtincte quædam mihi ſun
explicanda. Generale præceptum eſt
quodque latiſſime patet, ut multitudini
& populi commoditatibus inſerviatur
quantum quidem abſque Regis & occu
patæ provinciæ detrimento fieri poſſit
Primo igitur, cum jus redditur, nihil eſ
tribuendum perſonis, ſed æquabiliter o
mnibus illud eſt communicandum, ac
eamque rem conſtituendi ſunt homine
idonei. Hoc enim ad placandum Deum
& ad conciliandam multitudinis bene-
volentiam pertinet; eorum etiam, qui
privatim ſibi aliquid tribui, & ab æquita-
te deflecti volunt. Nam hi cum non im-
petrant, quod cupiebant, errorem ſuum
agno-

gnoſcunt, & judicem propter integri-
atem magnifaciunt. Alterum eſt, ut in
s rebus, quæ nihil aut parum ad Princi-
em ſpectant, populo concedatur vivere
uo more, præſertim initio; neque cogan-
ur aſſuetum vitæ genus mutare: imo
onſultum erit, ut exteri, qui cum ipſis
ivunt eorum ſeſe moribus vitæq; mo-
lo accommodent, quantum poſſint, niſi
orte illi ſua ſponte noſtris inſtitutis ſeſe
radant. Hanc rationem ſecutus Ale-
ander Magnus, ſummopere ſibi conci-
iavit atque devinxit animos eorum,
quos bello viciſſet. Cum enim ipſorum
ngeniis atque naturæ convenienter ſeſe
ereret, hoc effecit, ut illi quampluri-
num ſibi ab eo tribui, & magnopere ſe
iligi judicarent. Verumtamen ſi tempo-
is conditio feret, ſenſim revocandi ſunt
omitate quadam ad noſtrum vivendi
norem, ut ſuæ conſuetudinis obliti, æ-
uabiliter nobiſcum vivant, quod Roma-
os feciſſe conſtat. Quod ſi Regi ipſi non
t integrum diutius apud eos commo-
ari, præ ſe feret tamen, ſitum atque na-
uram regionis valde ſibi placere, quan-
iu per occupationes atque negotia ſibi
ceat, libenter ibi permanſurum eſſe, &
ro ipſorum ſalute, nulli ſe labori, nullis
npenſis atque periculis velle parcere.
d interim iis locis aliquem præficiet,
I cui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

cui propter virtutem plurimum poſ
tribui confidit. Hic autem provinci
præfectus, ut ſit liberalis & ſumptum f
ciat, utque ſibi familiares habeat lecti
ſimos viros, oportet, qui tam pacis quam
belli rationes intelligant, & conſilio ju
vare poſſint. Huic etiam ut ampla tri
buatur auctoritas à Rege, neceſſe eſt, u
obſequentem & officioſum habeat po
pulum, & in rebus non magnis indulge
re poſſit atque condonare iis qui del
querint. cum enim ejuſmodi eſt facinu
quod ad Rempublicam pertinet, Reg
arbitrio reſervandum eſt, ut ſupra quo
que diximus. Conſtituendi ſunt auten
viri prudentes atque boni, legumq; peri
& conſuetudinis patriæ, qui jus dican
Et quoniam exteri non tam facile regio
nis morem & inſtituta percipiunt, re
ipſa poſtulat, ut ex incolis eligantur, qu
probitatis atque doctrinæ laudem inpri
mis habent. His omnibus præficiendu
eſt aliquis externus, qui ſit magnæ virtu
tis, qui reliquos in officio contineat, ne
ullius hominis cauſa vel periculi metu
ab æquitate deflectat. Hunc & Rex ipſ
& regionis præfectus favore & ope ſub
levabunt, nec ullo modo juriſdictio
nem impedient; & cum opus erit, au
ctoritatem quoque ſuam interponen
Hac enim ratione conciliatur hominum
volun

voluntas: quod ſi vero negligenter atque remiſſe agitur, aut ſi judices præfectique ſuis privatim commodis, plus quam Reipublicæ ſtudent, magnus oritur populi non fremitus modo, ſed & contemptus. Tertium eſt, ut Rex cæterique præfecti, honore & omni humanitatis genere adficiant ejus regionis incolas, eos præſertim, in quibus aliquid eſt dignitatis atque conſilii, & quorum operam ſperant utilem ipſis fore. In hos aut in ipſorum liberos, propinquos & amicos diſtribuendæ ſunt plerçque tam Eccleſiaſticæ, quam Civiles præfecturæ, ad quas idoneus quiſque videbitur. Quæ vero ſunt majoris momenti, quæque ad Reipublicæ ſalutem ac dignitatem inprimis pertinent, eas non niſi probatiſſimis viris, qui populo ſunt accepti, tribui oportet. Si qui ſunt etiam præſtantes in ea provincia, ac bene de Republica meriti, homines idonei ac populares, iis recte committentur majora quædam munera, vel etiam ſumma rei, quandiu ipſorum operæ atq; fidei nos non pœnitebit. Natura enim ſic comparatum eſt, ut ei, qui ſit ejuſdem originis atque linguæ, qui eiſdem aſſueverit legibus atque inſtitutis, multo libentius omnes, quam externis, obtemperent. Verum incidit aliquando tempus, ut ſecus faciendum ſit.

Sunt enim quibuſdam in populis factio nes,eoque fit, ut utrique malint extern alicujus dominatum ferre,quam alteriu partis legitimo ſubeſſe imperio. Cum igi tur in eum caſum res devenit, præficiendus eſt aliquis externus, iis, quas antea commemoravi, præditus virtutibus,aut ad eas quam proxime accedens. Deinde, operam Rex dabit, ut offenſionem omnem tollat, & utramque factionem ſibi conciliet, ſi quidem fieri poteſt. ſin autem, providebit, ne illorum odia prorumpant, neve Reipublicę noceant. Neutris vero ſeſe dabit, ſed in quibus majorem fidem atque virtutem perſpexerit, eos magni faciet, & hoc quidem,cum ab utriſque amari ſe intellexerit. Verum ſi certis indiciis cognoſcat, non eſſe ipſorum eandem erga ſe voluntatem, tum eos, qui animo ſunt benevolo, modis omnibus amplificabit, ſic tamen ut ne cui faciat injuriam. Amplificandi autem & ornandi hæ ſunt rationes, ut præfecturas & honores & emolumenta in ipſos conferat, & agris atque poſſeſſionibus augeat, pro cujuſque merito; & quanti ipſos præ cæteris faciat, non obſcure declaret. Qua tamen in re hæc eſt adhibenda moderatio, ut nihil affectui vel ſtudio privato, ſed meritis atque officiis omnia tribuere videatur. nam ſi qui ſunt alte-

rius

us factionis non mali, iis conſimilem
ioque benevolentiam præſtabit, ut re-
quos ad ſe pelliciat. in cæteris autem re-
us omnibus parvi momenti, præſertim
i Iuris adminiſtratione, ſervabit æqua-
litatem. quibus autem in rebus pluri-
num eſt honoris atque commodi, in iis
reſeret quos maxime ſibi fideles arbitra-
ur. Eam enim factionem, cujus explo-
ata ſit fides, & à qua certum ſubſidium
xſpectatur, in amicitia continere, alte-
am vero quæ ſit inimica, humilem at-
que infirmam redigere, ne poſſit nocere,
nulto præſtat, quam illam deſerere, de-
bilemque efficere; hanc vero, quam ad-
ungere tibi non poſſis, quæque alieno ſit
nimo, pati ſuperiorem exiſtere. Nam ſi
utrique cauſam habeant offenſionis, fu-
urum ſit aliquando, ut reconciliati con-
urationem aliquam faciant. Opus igi-
ur hîc eſt non mediocri dexteritate, &
quod ſupra quoque diximus, neutris ad-
hærendum eſt, niſi quantum Reipublicæ
ſalus requirit. Conſiderandum eſt etiam,
an quæ nobis adverſatur factio, plus
quam altera poſſit, an vero minus. Nam
ſi eſt infirmior, aut iis, quas expoſui, ra-
tionibus, ad officium & æquitatem facile
adducetur, aut ſi recuſet, non magnam
nocendi facultatem habebit. Verum ſi
opibus & potentia ſuperat, neque beni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

benignitate adjungi poteſt, tum certe altera factio ſic eſt cohoneſtanda beneficiis, ut & hi, cur in officio permaneant, & illi, cur ad tuas accedant partes, cauſam habeant. atque interim tamen ita ſunt arctandi, licet diſſimulãter, ut minimum nocere poſſint, & obſervandi ſtudioſe, quid agant, quid moliantur, quibuſcum ſua conſilia communicent; præſertim, quando tempus metu atque ſuſpicione non carebit: ac ſi quid animadverſione dignum admiſerint, ſevere ſunt vindicandi. Quod ſi etiam probari factum non ſatis idoneè poſſit, interim tamen graves intercedant ſuſpiciones, licet illos vel relegare aliquo, vel jubere ſatisfacere atque cavere, datis fidejuſſoribus, & occupatis ipſorum, ſi quas habent, munitionibus: verum ita, ne quo adficiantur damno, ſi nihil in eis reſidebit culpæ. Atque hæc fere ſunt, quæ in adminiſtratione Reipublicæ noſtræ conſideranda mihi videntur. quæ quidem præcepta ſi Rex imitabitur atque ſequetur, non dubium eſt, quin ſuorum majorum gloriam ſit obſcuraturus; ac ſperare licet, eo rem deduci poſſe, ut quas provincias nobis eripuerunt Religionis hoſtes, hæ beneficio Dei recuperentur.

FINIS.

IOAN-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

IOANNIS TILII De EBVS GALLICIS LIBER.

e Attributis, amplitudine, præſtantia-que Regum & regni Galliæ.

NOn poteſt ulli Principi aut Reipublicæ nomen attribui honoratius quam CHRISTIANISSIMI: uod Regibus & regno Galliæ merito onceſſum eſt, cum veræ religionis nomine, tum etiam ordinis atque diſciplinę uam Reges in Eccleſia tutati ſunt, ſuo xemplo demonſtrarunt, & utroque po-ulares in fide operibuſque Chriſtianita-is tenuerunt; ad quos major fructus ex iis rebus pervenit quam ad cunctos Principes alios. Etſi autem à principio in robatioribus ſcriptis (quæ quidem vide-im) non exſtat attributum iſtud, habet amen vetuſtatem magnam. Carolus Calvus Rex & Imperator, quando Lotario ſecundo mortuo Rex Lotaringiæ factus eſt Meti die nono Septembris, anno IↃ CCC LXIX, CHRISTIANISSIMVS appellatur: cujus conſecrationis habetur formula in pervetuſto libro Bellovacenſis Capituli & in Aimoini hiſtoria. Inno-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

centius & Honoratus tertius Philippum Auguſtum & Ludovvicum octavum Ludovvici patrem Reges appellant Chriſtianiſſimos : & legati quoque Romanæ Sedis cum tribus Epiſcopis quorum adjecta ſunt nomina, ſuis literis ad Auguſtum Regem appellant regnum Galliæ Chriſtianiſſimum. Agathias in hiſtoria Gothica mentionem Gallorum faciens tempore Iuſtiniani Cæſaris, id eſt, paulo poſt quam baptiſmum accepiſſent, teſtis eſt illos inprimis fuiſſe Chriſtianos recta fide & converſatione ſancta. Acceſſerat quoque Anglorum inſtitutio, qui diu ante Francos victi, ſub jugum miſſi, & Chriſtiani effecti fuerant, ac deinde in populum unum coaluerant. Quamobrem verum illud fuerit, ſi dixeris regionem atque populares Chriſtum amplexatos eſſe antequam Reges ipſorum Chriſtiani eſſent. Alterum Regum & regni Gallici attributum eſt, quod illi Imperatores, hoc Imperium (ſi placet) appellatur, æque ac Romanum & Grecum ante caſum ſuum dicebatur. In fundatione Abbatię S. Corneliæ Compendienſis à Carolo Calvo factæ, & auro obſignatę, hęc Latine ſcripta ſunt : *Sigillum Caroli Imperatoris Romani & Franci* : item, *Carolus Dei Gratia Imperator Auguſtus* : quod Galliæ magis quam Romæ aptandum eſt, cum de re

ſtatua-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

uatur quæ ſita eſt in Francorum di-
ne. Fuit quidem aliquando inſtrumen-
n illud fundationis & fides illius in
bium vocata Parlamento Pentecoſtes;
decreto verum eſt pronuntiatum. In-
umentum Caroli Magni Imperatoris
Regis in Abbatia S. Benigni Divionenſis
nfectum anno DCCCLXXXV, quinto Im-
rii Italici, quarto Imperii Franciæ O-
ntalis, & Galliarum primo, eſt eviden-
ſimũ. Exſtat in chartophylacio inſtru-
entum aliud regnante Philippo primo
nfectum anno XVI Imperii ejus, anno
LXXXIII. In eadem Abbatia inſtrumen-
m aliud MCXVIII, quo Ludovvi-
s Craſſus ſe Imperatorem Auguſtum
alliæ nominat. Itemq; Rex Ludovvicus
nior in privilegio conceſſo Epiſcopo
agelonenſi, id eſt, Montiſpeſſulani,
od in eodem chartophylacio exſtat,
nfectum VIII Februarii MCLVI. Habe-
r quoque ibidem jusjurandum Prioris
conventus S. Antonii in Lingua Occi-
na Ludovvico VIII Regi præſtitum,
i ſemper Auguſtus appellatur. Infinita
nt quibus ſecundum hoc attributum
nfirmatur; ſed non pręſtat appellationi
egis, quæ certe ſuaviorem ſonum obti-
et: nam ante Auguſtum Cæſarem, qui
omen iſtud dominatui ſummo vindi-
vit, vox Imperatoris officium viri deſi-

gnabat exercitui imperantis. Etſi aut
poteſtas omnis à Deo eſt, nulla tam
dignitas tantopere in Scriptura qu
regalis honoratur, ex qua placuit ſer
tori naſci: quo nomine videntur Reg
Galliæ ad nominis mutationem nu
quam attendiſſe; & ii ipſi qui Imperat
ris & Imperii nomen interdum uſurp
runt, alibi plurimum Regis & regni n
men tenuerunt. Narrat Agathias The
debertum Regem Orientalis Franciæ,
Græciam trajecturum, Conſtantinop
lim uſq; manum ingentem collegiſſe,
bellum inferret Iuſtiniano Cæſari, idq;
nam ob cauſam quod inter alia attribu
ſuis literis atque diplomatis ex priſco R
manorũ uſu (qui ex devictis populis h
norifica ſibi ſumebãt agnomina) ſe Fra
cicum appellaret: etiamq; Langobard
& nationes alias quibus parem injuria
Iuſtinianus faciebat, ad communem vi
dictam provocaſſe. Celſitas & magnit
do animi in amore libertatis & honor
maxime ſpectatur. Omnibus autem n
tum eſt, Reges Galliæ temporalem dign
tatem ſuam ſoli Deo acceptam ferre, n
minem alium ſuperiorem agnoſcer
Quamobrem æquum eſt eos bonitate
liis anteire qui ſuperiori poteſtati paren
cujus ſoluti metu in malum incumbe
rent. Principes Galliæ Philippo Auguſt

Reg

conſuluerunt anno cIↄ ccII, ne
inducias monitu aut impulſione
um Cardinaliumque cum Anglis
eret. Significante quoque Cardinali
am Philippo Pulcro Regi, inducias
uctoritate à Bonifacio VIII inter
ppum Pulcrum & Reges Romanum
umque conſtitutas eſſe, indicta ex-
municationis & cenſuræ pœna; Rex
er anno MCCXCVII de Principum &
ſilii ſententia reſpondit, ſe quidem
te pro anima ſua & ſpirituali admi-
atione Romanæ ſedi pariturum eſſe;
d autem ad temporalem adminiſtra-
em regni, à ſe Deum unum ſuperio-
agnoſci, neque ſe mortali cuiquam
ſentis adminiſtrationis cauſa ſubmiſ-
m, ſed eam acturum, perſequutu-
,atque defenſurum, prout Deus ipſi
l utile,quid damnoſum ſit,indicturus
.Poſtea cum Bonifacius VIII aliun-
rovocatus Philippo reſcripſiſſet, Re-
ipſi cum temporalis, tum ſpiritualis
iniſtrationis ratione ſubjectum eſſe,
os qui non crederent,hæreticos pro-
tiaret,acriter repugnatum eſt, diplo-
ejus Lutetiæ combuſtum præſente
lippo Rege, Principibus, & Conſilio
s. Quam Bonifacii culpam ut elueret
mens V,declaravit expreſſo diploma-
ihil Regi aut regno prędjudicari literis
Boni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

Bonifacii,reſtituens in integrum om
pronuntiavit quoq; die penultimo M
anno ſecundo Pontificatus ſui, judici
quod Mareſchallus Papæ exercuerat
Gallia contra aulicos Regis Galliæ, c
Papa ibidem eſſet, factum fuiſſe pern
tente Rege, neque hoc pacto de juri
ctione regia derogatum eſſe. Capitul
Puteanum Papam & Philippum P
crum Regem appellaverat: huic prov
cationi renuntians XI Aprilis MCCC
declaravit, non fuiſſe ſibi in animo ut
temporalis cauſa ad Papam provocar
Rex Carolus Pulcer XII Maii, milleſi
trecenteſimi vigeſimi quarti, donati
nem quam Papa Turonenſi Archiepiſc
po electo fecerat, adminiſtrationis ter
poralium facultatum ad Archiepiſc
pum pertinentium,improbavit,fecitq
irritam. Ex eo ſequitur hoc quoque, R
ges & regnum Galliæ quod ad res ter
porales attinet, non teneri jure ſcript
ſed tantum accipere quantum ration
bonoque & æquo nititur, cui tanqua
naturali & divinæ luci omnes homin
juſtum eſt conformari. Propterea u
Academiæ & profeſſiones juris in Gall
inſtitutæ ſunt, & ornatæ privilegiis,n
minatim proteſtati ſunt Reges ſe jura il
non auctoritatis loco, ſed rationis ta
tum accipere. Inter archiva privilegi
ru

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

Philippo Pulcro Rege conceſſo-
n Aurelienſibus ſcriptis menſe Iulio
ſimi trecenteſimi duodecimi, Rex
pus narrat regnum ſuum conſue-
e non jure ſcripto gubernari, præ-
am Provincias quaſdam, ubi pro-
ntibus Regibus anteceſſoribus po-
es plurimum utuntur jure ſcripto:
quod obſtricti ſint, ſed quia illud
continuandum aſſumpſerunt: &
adınodum liberales artes ſerviunt
ogiæ, ita leges ſcriptas ad rationem
matricem morum intelligendam
vare, docere jus ſuum cuique tribue-
ratione ſecundum Deum, & con-
dinum intelligentiam comparare.
te ut Romani legibus Gręcorum uſi
unde Duodecim tabulæ profluxe-
, ita etiam Reges voluiſſe Romanum
ſcriptum publice legi & diſci in re-
cademiis, ut doceretur æquitas &
ceretur ratio, ex quibus plurimum
gno Galliæ judicatur: quod ſi decre-
dicia & ſtatuta conſuetudinibus an-
nenda deerunt, neque habebitur
raria conſuetudo, ex qua fuerit ju-
ndum, poſſe adhiberi leges, ne quiſ-
n cogitet juridicis Academiis in re-
inſtitutis Reges conſuetudini atque
ni leges juraque ſcripta prætuliſſe:
a prodeſſe ad doctrinam quę tamen
non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

non accipiuntur; exemplo Eccleſiæ
canones multos non accipit, & tame
conditione leguntur in Academiis. S
enim, mores & conſuetudines homi
ex variis temporibus & locis coll
non mediocriter ad doctrinam conf
Hactenus illius inſtrumenti verba. I
terea Reges pro ſummo imperio ſu
periores ſunt legibus & conſuetudin
regni, de quibus poſſunt ſtatuere, m
re eas, atque abrogare, tanquam min
Dei & vicarii, rationem reddituri e
pœnas ab eo luituri propter commiſ
ipſis adminiſtrationem populi, ſi ea
uſi fuerint. Vt merum imperium
beant, æquitate tamen & juſtitia opo
omnia ab eis exerceri, quibus ſi pote
abſoluta non circumſcribitur, diſſ
ta efficitur. Sapientiſſimus Rex Solo
docet Reges omnes quærere & dilig
ſapientiam, bonaque & prudentia c
ſilia procurare cum timore Dei (q
principium eſt ſapientiæ) ut æternum
gnent. Herodotus Reges & ſummos P
cipes cum mari comparat, quod ex ſe
cidum atque ſedatum eſt; ſed interd
incumbentibus ventis & tempeſtatib
naturali malacia ipſius avertitur: ſi
nim facilis & bona Principis natura c
ſilio & delationibus improborum ad
niſtrorum ejus perſæpe corrumpi
Reg

s,cum placet,conſuetudines abolent
ntractibus ipſorum non autem in
itorum conventionibus ut jura ip-
m adimant:nam conſuetudines ſub-
rum conſenſu ſtatuuntur, non au-
tate Regum. Atque hoc modo de-
it Parlamentum in cauſa Sibyllę Ga-
eriæ XVI Iulii MCCCLI.Philippus
ſius Rex duobus teſtamentis ſuis fa-
anno MCCCXXXXVII & MCCCL ea fir-
urus,de omni jure ſcripto derogavit,
ns ſe quod ad res temporales & con-
udines regni non teneri illo,ut qui in
a ſupra jus ſcriptum eſſet: idem in
nationis inſtrumento,quo Reginæ u-
i XXI Novembris MCCCXXX omnem
ndum,ſupellectilem, moventiaq; bo-
domus ſuæ,prout tempore obitus ſui
(rior moreretur) futura erant, lega-
, univerſe omnes conſuetudines, le-
,& mores adverſantes abrogavit. quę
mpla ſatis futura ſunt ad oſtenden-
n quantopere ſit conveniens æqui-
,ut Reges ſua poteſtate qua legibus &
nſuetudinibus ſuperiores ſunt, mini-
abutantur. Reges quoque Galliæ, ut
nemini pareant, de ſuis ipſorum cau-
judicant. Maria Valeſia Duciſſa Cala-
æ cum de rebus , quarum nomine
n Philippo Valeſio Rege contendebat,
arbitrium conſenſiſſet, ceſſit ultro &
rem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

rem detulit judicio Regis , dicens,a
num ſibi à ratione & decoro videri ,
inter ipſos interveniat ullus,& tanti fe
præſtantiam Regis ut ſe putaret ill
cauſa ſua debere confidere :quæ ſubn
ſio extat in chartophylaciis. Magiſt
tus quoque Galliæ jus colebat in litib
Regum judicia illorum æquis animis
cipientium: quamobrem maxima bo
tas & æquitas Regum noſtrorum in to
orbe terrarum fuit commendata,quib
nihil potuit honorificentius continge
cum juſtitia ſit throni regalis firmame
tum. Decreta judiciaque in cauſis R
gis fiunt ipſius nomine , & ſe quando i
jurius fuit,per judices ſuos damna
quod deficientibus juris adminiſtris m
tatum eſt. Sed de hoc argumento poſ
ea ſuo ordine acturi ſumus. Ioann
vero Magiſter advocatus Regis in Parl
mento Pariſienſi , vir exiſtimatione
doctrina maxima,xxi Maii cIↃIↃ i,cu
de matrimonio Caroli Ducis Alencon
& Suſannæ Borboniæ lis eſſet,confirma
vit , Regem Chriſtianiſſimum erga ſu
ditos ſuos nunquam alio jurejurand
uti quam ſolenni conſecrationis ſuæ
ſi quid vero deinceps promittit,hoc pro
mittere verbo Regis : quemadmodu
in conſecratione& coronatione verbu
ejus habetur pro fide certiſſima. Scrib

Dio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

ogenes Laërtius teſtimonium unius
nocratis injurati ab Athenienſibus
o veritate explorata acceptum eſſe.
nta fuit Charicli Ducis Athenienſis
es, ut in proverbium abierit, jurave-
tque Athenienſes Charicli fide. Obſer-
verbum Regis, ait Eccleſiaſtes. Cum o-
n Reges cùm exteris conventiones cer-
faciebant, non jurabant ipſi: ſed ii
ibus ſpeciatim fuerat demandatum,
rantes per animam & perſonam Re-
m. Prior S. Martini Campenſis pro
ege S. Ludovvico præſente juramento
nfirmavit inducias cum Henrico III
ege Angliæ in caſtris ad S. Albinum pa-
is menſe Iulio MCCXXXI. multaque alia
bentur exempla hujuſmodi. Regni co-
na eſt ſphærica, ut figuretur eam divi-
onis expertem eſſe; quæ ſi diviſa eſſet,
nſpicua eſſet figura ejuſmodi. Coronæ
ſunt flores, prærogativas & jura ad
gem ſolum pertinentia deſignantes,
Baldus Iuriſconſultus ait. In juſtitiæ
plicatione ſeparatum caput habebitur
regali jure. Amplitudo Regum Galliæ
toto Chriſtiano orbe diu confirmata
, cum præter Reges alios, Antiſtites o-
nes, Principes, Equites, & quicunque
teri beneficia ab eis, pactis, conventio-
bus, aut rationibus aliis acceperunt, fi-
m Regibus de eis præſtiterunt, ne in

K tribu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

tributum aut aliud onus cogerentur: q
fidei præſtatio in totum beneficii te
pus protendebatur. Exſtant in chart
phylaciis infinita eorum exempla: A
chiepiſcoporum Colonienſis, Mogun
ni, & Trevirenſis; Leodienſis & Mete
ſis Epiſcoporum: Iuliacenſis & Geldre
ſis Ducum: Marchionis Montisferra
Comitis Vallemontenſis, Genevent
VVirtenbergenſis, Naſſovii, Magdebu
genſis, Namurcenſis, Clivenſis, & ali
rum quibus nulla injuria facta eſt, cu
voluntariæ ad tempus obligationes, n
autem ex naturali officio eſſent. His
lis Regibus competit ut cera alba ob
gnent diplomata, Principes vero reliq
obſignant aliis coloribus: ut nominati
oſtendunt privilegia duo Renato Sicil
Regi poſteriſque ejus recta linea deſce
ſuris à Ludovvico XI Rege XXIII Ianu
rii MCCCCLXVIII & menſe Maio MCCC
LXIX attributa, ut alba cera liceret ip
obſignare in regnis Hieroſolymorum S
ciliæ, & ditionibus aliis tum in Galli
tum extra Galliam. Eadem amplitud
Regum ad filios primogenitos ipſoru
pertinet, qui à matribus aut uxorib
præſunt regnis aliis. Navarreni Reg
dum parentes viverent his nominib
utebantur, *Philippus ſive Ludovvic*
primogenitus Regis Galliæ filius, Dei gr

Rex Navarræ. quod minoribus natu on contigit cum regna adepti eſſent. arolus primus Siciliæ Rex, frater S.Luovvici ſcribebat, *Carolus Dei gratia Rex ieroſolymorum & Siciliæ, filius Regis alliæ, Comes Andium, Provinciæ, & orcalquerii.* Carolus vero Valeſiorum omes, Philippi Pulchri frater (qui ex apæ aſſignatione Arragoniæ & Valenæ regnum ſibi vindicavit) ſcribebat, *Caolus Dei gratia Rex Arragoniæ & Vantiæ, filius Regis Galliæ, Valeſiorum Cories.* Diſcriminis autem inter maximum atu minoreſq; ratio manifeſta eſt, quia ertiſſimũ eſt primogenito regnum à paris obitu, niſi morte occupetur. Poſtreno hoc noſtrum caput dicto S.Gregorii d Childebertum Regem ſcribentis conludemus, tanto excellentiorem eſſe Reem Galliæ Regibus aliis, quanto antecellit majeſtas regia aliis hominibus.

De auctoritate & prærogativa Reginarum Galliæ.

Vs civile Auguſtas iiſdem privilegiis ornat, quibus ipſos Cæſares, etſi Impeium, ut neque regnum Galliæ, ad mulieres non devolvebatur; & honores amliſſimos decrevit illis: à quibus reenſendis, quia gentilium ſunt, ſuper-

ſedebimus. Reginæ Galliæ & hiſtor
& fundationibus plurima religionis
fidei puræ monumenta prodiderun
nam etiam Clotildis effecit ut religio
Francis reciperetur, neque poſt m
moriam ejus ulla quæ aberraverit Reg
na inventa eſt. Quod quidem à Clod
væi tempore non evenit Regibus. Ch
pericus enim primus Arii venenum ha
ſerat,cui(ut teſtatur Gregorius Turone
ſis)duo ſoli Eccleſię Gallicę Antiſtites ol
ſtiterunt. Conſtantia vero, prudenti
clementiaque Reginarum, & quæcu
que ad ſanctitatem & probitatem pert
nent, ſatis teſtata ſunt. Quædam enin
tanta fortitudine fuerunt & celſitat
animi, ut viros ſuos Reges diu etiam i
expeditionem periculoſiſſimam tran
mare proſequutæ ſint ad opem Chriſtia
nis in terra ſancta afferendam, quarun
exempla multæ fœminæ principes huju
regni atque extraneæ imitatæ ſunt. Ha
tam bene de Regibus virtute ſua merita
ſunt,ut privilegiis quam maximis potue
runt eas ornaverint: quorum authenti
ca exempla in regalibus chartophylaciis
in tablinis Principum & domeſticorum
Regis habentur; ut hodie quoque pro
mulgationibus & actis Parlamentorum
oſtenditur. Quæſtores ſummi pecunia
ſubſidiariæ, & alia officiorum collegia
ſua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

ſe chartas ad graviorem auctoritatem
Reginis ſubſcribi curaverunt. Exſtant in
Abbatia S.Dionyſii inſtrumenta Philip-
pi & Ludovvici Craſſi Regum, ſubſcri-
pta à Reginis Anna Alexiaque uxoribus,
& à Roberto ac Hugone Francis fratri-
bus Philippi I, item à Philippo corona-
to Rege dum Ludovvicus Craſſus pater
ejus viveret, multaq; alia confecta ſub
annum MLX & MCXXIX. Quinetiam alii
Reges acta ſua eque ab annis regni uxorũ
ſuarum atque à ſuis ipſorum numera-
runt. Habentur duo Ludovvici Craſſi in
eadem Abbatia, quæ ſcribuntur fuiſſe
confecta anno XII & XIIII regni ipſius,
Reginæ vero Alexiæ uxoris anno VI &
VIII. Aliud quoque in Eccleſia Pariſien-
ſi ejuſdem Ludovvici Craſſi, confectum
anno XII regni ejus & V Reginæ Alexiæ.
Alii Reges regali throno ad jus dicen-
dum inſidentes, matres aut uxores ſuas
in Parlamentis ſibi aſſidere ad dexte-
ram curaverunt: ut Carolus V uxorem
Joannam Borboniam Reginam in maxi-
mis trium ſtatuum comitiis, quæ in Pa-
riſienſi Parlamento habuit IX & XI Maii
MCCCLXIX, in quibus bellum in Anglos
conſtitutum & pronuntiatum eſt. Ad re-
ferendas & accipiendas Baronum Aqui-
taniæ provocationes, qui à Principe
Valliæ Regem & Parlamentum appel-
 laverat,

laverant, Rex Carolus V. Parlamentu
convocavit, ubi Regina mater ipſius de
teræ ipſius aſſidebat. Narrat Scriptu
Solomonem Regem inſidentem thron
juſſiſſe alterum pro Bethſabea matre a
portari, ut ad dexteram ſederet ipſiu
Regis regnantis matrem, ſi non eſt Re
na Galliæ, antecedit Regina uxor: na
ipſę quoque mulieres officia Parium G
liæ obtinentes, in conſeſſum ad judic
Parium accerſuntur. Sancto Ludovvic
Rege conſilium habente Parium, int
Pares dicitur affuiſſe Comitiſſa Flandri
Reginæ itaque, quarum longe eſt an
plior dignitas, Regibus jus dicentibus a
ſidere poſſunt, ut fit in judiciis Pariun
Præterea habent juriſdictionem, & (
placet) conventus maximos in agris ſu
& propriis & dotalibus, ut de prim
provocationibus cognoſcant; & ab e
rum conventibus ad conſilium Pariu
Galliæ provocatur, quamvis agri ſint j
riſdictionis alterius. Hanc prærogat
vam diſerte expoſuit Rex Philippus Lo
gus menſe Aprili MCCCXVII, ex qu
decreto Parlamenti XVIII Martii MCC
LXXXII judicatum eſt, ex conventib
maximis dotalium agrorum ad Reg
nam Blancam Philippi Valeſii Regis v
duam in Normanniæ dominio pertine
tium non provocatum iri ad Rotom
gen

ſem ſedem, ſed ad Parlamentum Pa-
enſe. Philippus Valeſius Rex menſe
rili MCCCXLIV ſtatuit ut omnes
ginæ Ioannæ prioris uxoris agri à prę-
to adminiſtrarentur, à quo provo-
etur ad Parlamentum Pariſienſe. Item
ginas oportet binis literis vocari in
, prout ſolenne eſt in citandis Paribus
lliæ. Hac formula non obſervata, cita-
poſtulante Vidamio Laonenſi, facta
ginæ Ioannæ Eboracenſi, viduę Caro-
Pulchri Regis, decreto pronuntiata
irrita XII Maii MCCCXL, quod
men in iis cauſis intelligendum eſt in
ibus hæc ſolennitas erga Pares obſer-
ri debet, ut in capite de Paribus expo-
emus. Hæc ita accipi declaratur decre-
Reginæ Blancę die V Iulii MCCCLXXVI.
tque adeo diſputatum eſt, an omiſſa
ac formula Rex poteſtatem habeat red-
tegrandæ cauſæ, in negotio Domini
uſſiani contra Reginam, ſecundo Iulii
CCCLXXVI. Ne plura, prærogati-
æ omnes quæ Paribus competunt, ad
eginas quoque Galliæ pertinent. No-
uerunt Reges majeſtatem matris aut
xoris regiam (quæ multis modis an-
eit dignitatem Parium) minoribus
ti privilegiis: quamobrem etiam in
Parlamento, velut Paribus, ipſis dies
x catalogo aſſignantur, ut ex actis
K 4 Par-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

Parlamenti apparet confectis VIII Mai MCCCC & XXVII Iunii MCCCXII. Quamvis ex jure & conſuetudine donationes inter virum & uxorem conſtante matrimonio ſunt irritæ, valent tamen eæ quas Reges Reginis faciunt: ratio ſuperiore capite dicta eſt. In Parlamento diſputatum eſt XIX Maii & XVIII Septembris MCCCLXXXV, eſſetne privilegium Reginæ dotatæ æque ac Regis, ut anteferretur aliis creditoribus. Henricus II Rex, III Octobris MDXXXXVIII & XVIII Ianuarii MDXXXXIX hanc dubitationem ſuſtulit, par Reginarum privilegium ac Regum ipſorum pronuntians. Reginæ quoque in omni jure immunes ſunt, ne corpora ſua cogantur ſiſtere, & à teloniis omnibus liberæ. De priore diſceptatio nulla eſt: poſterius decreto fuit judicatum XII Iunii MCCCLXXXI. Cum civitates regni primum ingrediuntur, eos ſolvunt qui ſunt in vinculis (ut etiam Reges) per generales procuratores ſuos: non à tempore ſolum declarationis quam Rex Henricus edicto fecit ultimo Novembris MDXLIX, ſed etiam antea; ut ex actis Parlamenti confirmari poteſt deſcriptis X Iunii MCCCXXXI, XVIII Maii MCCCC, VI Iunii MCCCCI, XXVIII Auguſti MCCCCXV, & aliis quamplurimis. Item ad honorem ſuæ domus & cultus habent officiales maxi-

ximos. Ioannes Rohanenſis ſummus
t magiſter: Ludovvicus Hangeſtanus,
ntiſmorii & Morencortii Dominus,
nmus erat armiger: Dominus Rioſo-
m Mareſchallus: Trimollianus Ami-
ius: & Domini Boarderiæ ſummi ve-
tores Reginarum Annæ & Claudiæ
itannicæ: Dominus Avaderianus ma-
us magiſter erat in domo Reginæ An-
e, cum diem ſupremum obiit. Ac ne
is putet iſta fuiſſe officia ſumma Du-
tus Britanniæ, Regina Iſabella Bava-
Caroli ſexti Regis uxor (quæ nullius
itionis erat proprietaria) magno magi-
ro aulæ & Cancellario proprio uteba-
r: Robertus enim Maſſonius & Rober-
s Quartæus diverſis temporibus fue-
nt illius Cancellarii. In actis Parlamen-
i, XXII Maii MCCCCXIII, ubi de Ludo-
vica Arminiaca Domini Montiſalbani
xore agitur, cognata Cancellaria Regi-
æ appellatur. Ioanna Regina uxor Phi-
ippi Longi anno MCCCXIX Petrum Ber-
randum habuit Cancellarium. Hi magi-
tri ſummi & alii præfecti prætorio Re-
ginæ, jus dicunt in prætorio ejus; à qui-
bus ad Pariſienſe Parlamentum provo-
catur: cujuſmodi lites inveniuntur tres;
una, agitata IX Martii MCCCCLXXI; alte-
ra, XXVII Martii MCCCXCVI; tertia, XXVIII
Iunii MCCCCXIV. Domeſtici Reginarum

 offi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

officiales, itemque matrum Regum, ea
dem habent privilegia, quæ regum ipſo
rum domeſtici : ut inter alia declaratur
eſt penultimo Septembris MDXXII, & x
Februarii MDXXXVIII. Atque etiam ſe
cundum reginas pronuntiatum eſt, ſen
tentias à judicibus ipſarum latas eandem
auctoritatem obtinere, quam eæ quas di
cunt judices regii, & certis in cauſis ſu
pra provocationes obtinere. Clemens V
papa attribuit privilegium, ut agri qui ad
dominium reginarum pertinent interdi
cto Eccleſiaſtico minime contineantur
niſi ſpeciatim mandetur à Romana ſede
quod privilegium iis tantum agris com
petit, qui ſunt ex dominio ipſarum. In
prætorio Margaritæ reginæ uxoris S.Lu-
dovvici regis ſexdecim pauperes quoti-
die alebantur, & viceni diebus Sabbathi;
præter leproſos, quibus duodeni ſolidi
in diem numerabantur, & tradebatur de-
cima commeatus qui abſumebatur quo-
tidie in prætorio regis. Philippus S.Lu-
dovvici filius vetuit, ne quiſquam eques
aut alius in prætorio reginæ cum uxore
ſua concumberet : quod argumentum
eſt ſanctimoniæ & honeſtatis maximæ
quæ à reginis Galliæ & domeſticis earum
colebatur. Quæ à regibus ipſarum vi-
ris conſtante matrimonio parta ſunt,
ea non ſunt reginarum communia ; ſed

ea tan-

tantum in communi numerantur
æ ante regnum aditum fuerint com-
rata;quemadmodum Philippus Vale-
is rex Ioannæ Burgundæ priori uxori
æ dimidium earum rerum attribuit
uæ ante regnum perceptum fuerant in
atrimonio partæ. Regni vero admini-
ratio cum reginis non poteſt commu-
icari : nam omnia ad bonum regni
ertinent, quod nulla vis conſuetudinis
d reginas poteſt transfundere. Regis æ-
arium eſt ærarium populi, non autem
egis vel reginæ proprium. Summa au-
toritas quam regina & regum matres
abuerunt, in eo verſatur, quod rectio-
nem habuerunt Galliæ, modo ſolæ, mo-
lo cum aliis, propter ætatem infirmam,
bſentiamque, aut impedimenta viro-
rum vel filiorum regum. ſed quia ſeorſim
caput conſtitutum eſt de rectoribus re-
gni, nos ſermonem hunc eo rejicimus.
Reginæ omnes viduæ vulgo appellan-
tur Blancæ, ex duarum nomine quæ
vixerunt diutiſſime: quarum altera fuit
Regina Blanca Sancti Ludovvici ma-
ter; altera Regina Blanca Regis Phi-
lippi Valeſii vidua, quæ ſupervixit ad
tempus uſque quo Carolus ſextus re-
gnavit. Quod autem aliæ Reginæ vi-
duæ in inſtrumentis & actis publicis de
nominibus ſuis appellantur, hoc pla-
ne ar-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

ne arguit Blancæ nomen, ad eas qu
ſic ante viduitatem vocabantur, ſolu
pertinere. Vulgus autem pro more lev
tate judicii ductus putavit appellari Blan
cas, quod lugubres earum veſtes albi fe
coloris eſſent.

De rectionibus Galliarum regni.

IN tribus Francorum Regum famili
rectiones exſtiterunt, quod Reges au
minores natu, aut abſentes, aut captivi
aut male conſtituti eſſent. Gontranu
Rex Burgundiæ, Clotarii ſecundi Regi
Magni patruus, tutor fuit illius & recto
in regno, itemque Landrius præfectu
palatio, ſubſtitutus in locum illius. Bru-
nechildis Theoderici & Theodeberti Re-
gum minorum avia, rectionem & tute-
lam habuit. Eudus tutor Caroli Simplicis
Regis minoris annis rector fuit Galliæ:
atque ut vires ſuas & auctoritatem am-
pliaret, arcendis Nortmannis qui multis
partibus in Galliam irruperant, Rex co-
ronatus eſt, qua ſpecie illius poſteri de re-
gno contenderunt, ut in genealogiis an-
tea diximus. Balduinus Inſulanus Comes
Flandriæ, ducta Alexia Philippi I Regis
minoris amita, tutelam ipſius & regni
adminiſtrationem habuit. Rex Ludovvi-
cus Iunior in tranſmarinam expeditio-
nem profecturus Surgerium Abbatem
S. Dio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

ſtitutus eſt anno MCCCCLXV, Philippus
ulantius Talongiarum Dominus, Do-
ini Rezæ & Helii. Ludovvico XI Re-
: Iohannes nothus Arminiacus Co-
ingiarum Comes, Ioachimus Roaldus
amachiarum Dominus, & Petrus Ro-
anenſis Dominus Grei. Carolo VIII
ege Robertus Baudricortenſis, & Phi-
ppus Crepicordius. Ludovvico XII
ege Ioannes Iacobus Trimollianus, &
arolus Amboſianus Calmontenſis Do-
ninus. Franciſco I Rege Iacobus Cha-
anæus Paliciæ Dominus, Gaſpar Coli-
gnius Caſtilionis ad Lonium Dominus,
Annas Montmorencius pòſt Conneſta-
bilis, Robertus Stuardus Dominus Al-
bignii, Thomas Fecenſis Dominus Be-
tuni, Robertus Marchianus Dominus
Florengiarum, Renatus Montiſroha-
nenſis Dominus, Claudius Annebal-
di Dominus, Antonius Pratenſis Mon-
tiſpeſati Dominus, Odartus Domi-
nus Diezi, & Melfenſis Princeps. Hen-
rico Secundo Rege Robertus Marchia-
nus Dux Bullionenſis filius Domini Flo-
rengiarum, Iacobus Albonenſis Domi-
nus S. Andreæ, & Carolus Coſſæus Do-
minus Briſſaci. Franciſco II Rege Fran-
ciſcus Montmorencius maximus Ducis
Montmorencii Conneſtabilis filius. Ca-
rolo nono Rege Domini Burdillonis,

Veteris villæ, & alii complures. Nullus Conneſtabilis jusjurandum Parlamento præſtare legitur, niſi Ludovvicus Luxemburgicus Comes S. Pauli XII Octobris MCCCCLXV. Primus autem cujus procurationis literæ in Parlamento fuerunt promulgatæ, eſt Arturus Britannus Richemontenſis Comes, cui mandatum eſt officium VII Martii MCCCCXXIV. Poſtea delatum ad Luxemburgicum V Octobris MCCCCLXV, interruptum in Ioanne II Duce Borbonio, receptum a Carolo Duce Borbonio, cui fuerat mandatum XXII Ianuarii MDXIV & commiſſum Annæ Montmorencio X Februarii MDXXXVII qui fidem Henrico II Regi dedit XIII Aprilis MDXLVII. In Mareſchallis autem alii fidem dederunt in Parlamento, & accepti ſunt ſexto nonoque Iunii, decimo & duodecimo Septemb. MCCCCIX Domini Caſtilionis & Inſulæ Adamicæ: ibidem dederunt fidem Domini Bignii & Valfinis XIII Maii MCCCCXXI. Dominus vero Inſulæ Adamicæ iterum receptus III Maii MCCCCXXXII, & literæ officii ejus promulgatæ die ejuſdem menſis quinto. Dux Bullionenſis V Februarii MDXLVIII volebat ſuas clauſis januis promulgari: placuit Parlamento, ſi bonum videretur ipſi, curaret promulgari palam, nullam hujus rei faciendæ neceſ-

ſitatem

atem imponi ipſi, cum alii Mareſchal-
fidem Regi ſoli dederint. Videntur illi
ui factione Burgunda exauctoratis aliis
oc munus acceperunt, voluiſſe jureju-
ando facto apud Parlamentum (quod
o tempore a Burgundo ſtabat) dignita-
em ſibi confirmare: etſi neque debebat,
eque moris erat alteri fidem dari quam
egi. Quod ſi quis Conneſtabilium &
Mareſchallorum juramenta hæc ex ju-
iſdictione ipſorum Parlamento obno-
ia velit defendere, tenendum tamen eſt
idem ab eis ſemper dari Regi. In decre-
o Ducis Aurelianenſis facto XXIV Ianua-
ii MCCCLXI narratur, Mareſchallorum
officia ad Regem, ut domeſtica, perti-
nere, eorumque operas, quarum nomi-
ne jurejurando obſtringuntur Regi: ut
omnia officia debent. In quibuſdam ad-
ectum eſt dari fidem propter juriſdictio-
nem connexam, quam in vitam quaſi
feudum habent. Omnem juriſdictionem
conſtat a ſummo principe proficiſci:
quam qui exercent Regis nomine, Regi
ſolum tenentur dare fidem, aut alteri ad
quem inſtituendus relegabitur a Rege:
ac proinde omnes officia tenentur Regi
accepta ferre. Præter jusjurandum ex-
ercendi officii nihil Conneſtabili aut Ma-
reſchallis cum Parlamento commune
eſt, cum ipſorum adminiſtratio ſit mili-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

naris: ſed juriſdictionis ſuæ auctori dant fidem, quam à Vaſſallis debitam Regibus accipere non eſt Parlamenti: neque eſt cur juriſdictionis quaſi feudalis nomine dent Parlamento fidem, alioqui Vaſſalli omnes qui juris dicendi auctoritatem habent, eadem lege tenerentur. Summa Campaniæ officia quæ in vitam erant, eodem pacto fidem ſolita erant præſtare. Conneſtabilis & Mareſchallorum juriſdictio antiquis ſtatutis declaratur. Primo die Aprilis MCCCCLXXX Parlamentum Pariſienſe mandatum abrogavit, factum de quodam in jus vocando ad Cliſſonium Conneſtabilem ubicunque eſſet, & cavit ne extra Lutetiam in jus vocaretur. Decimo ſeptimo Novembris MCCCXCIII cum quidam Mareſchallus Galliæ literas dediſſet ad officiales omnes, ut hominem certum in re militari occupatum compellerent, Parlamentum eas literas revocavit, & interdixit Mareſchallo ne quas deinceps daret eo argumento, quia hoc ad Regem ſolum pertinet. Conneſtabilis de redemptionibus Antiſtitum & Eccleſiaſticorum interceptorum bello cognoſcit ex jure, ut decretum eſt XXV Aprilis MCCCLXXVII contra Eudum religioſum S. Ioannis Hieroſolymitani, qui judicem ſuum Eccleſiaſticum appellans non tamen obtinuit.

Con-

conſtitutio in comitiis facta de ſenten-
tia illorum primo Aprilis MCCCLVI co-
gnitionem tribuit Conneſtabili & Mare-
challis perſonalium actionum inter eos
qui capti in bello fuerint, ſi rei habebun-
tur; itemque lictorum militarium eadem
lege. Qua in re & aliis ad officia ipſorum
pertinentibus confirmantur decretis
duodecimi Septembris MCCCLXXI & V
Septembris MCCCLXXXVI, ubi dicitur S.
Ludovvicus Rex lictoribus ipſius poſtu-
lantibus ad monumentum victoriæ
quam Philippus Auguſtus in Bovinarum
ponte reportaverat (ubi illi ſe gerentes
ſtrenue officia non mediocria fecerant)
fundaſſe ædem S. Catharinæ quæ à valle
ſcholarium dicitur: in qua Aprili menſe
MCCCLXXVI lictores illi annuente Carolo
Quinto Rege fratriam ſuam inſtitue-
runt, & à Carolo Sexto Rege in Septem-
bri milleſimi quadringenteſimi deci-
mi, privilegia exorarunt, quorum hoc
unum eſt Conneſtabilem judicem & cu-
ſtodem ipſorum eſſe. Horum officium
fuit ut clavam interdiu anteferrent Re-
gi, ideoq; oſtiarii armorum dicebantur:
hodie vero ſunt oſtiarii regalis cubiculi:
aliorum munus erat nocturna cubiculi
regalis cuſtodia, ut (ſi opus eſſet) ſangui-
nem pro cuſtodia domini ſui profunde-
rent, & ad mandata ipſius in bello & alibi

comparati eſſent. Atque hinc notum eſt eos locum ſagittariorum Regis cuſtodum tenuiſſe, quorum duces nemini dant fidem quam Regi. Tertio Decembris MCCCLIV Rex Carolus V edixit, ut, quos in jus vocarent Mareſchalli ut Lutetiæ ac non alibi comparerent, ii ex mandato illorum vocarentur: citationes vero libellis inſcriptas eſſe, & ab ordinariis lictoribus in ſingulis locis fieri, non autem ab ulliſ quos Mareſchalli inſtituerent. In decreto Ioannis Roſſelæi facto die Auguſti XIV MCCCCLIX dicitur ad eos rei tantum militaris cognitio pertinere. Propterea judicatum eſt IX Iulii MCCCCXV & XVII Iunii MCCCCXIX, Regem Siciliæ Ducem Andium, non autem Mareſchallos, de redemptura cogniturum eſſe quam extra prælium eques unus ab altero exigebat, quorum uterque parebat Regi. Baliſtarii, ſagittarii, & tormentorum magiſtri, quibus ſui præfecti ſunt, cum olim negarent ſe ad Mareſchallorum imperium pertinere, Rex Carolus VI diſceptantibus hac de re inter ſe Bucicaldo Mareſchallo & Ioanne Hangeſti Domino baliſtariorum magiſtro, XXII Aprilis MCCCCXI pronuntiavit baliſtariorum, ſagittariorum, & eorum qui tormenta curant, cognitionem, receptionem, luſtrationemq; ad Mareſchal-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

s pertinere, & in perpetuum eorum
turam eſſe. Magiſtri baliſtariorum per-
tus officium eſt: ſic enim ante S. Lu-
ovvici tempora dicebatur, quia inter
edites ſummi erant baliſtarii: eique ſuc-
eſſit præfectus peditatui. Hoc autem
fficium fuit, non delegatio: fuitque re-
nante Philippo Pulchro magiſter bali-
ariorum Petrus Galardus: Carolo V,
Iugo Caſtilionæus: Carolo VI, Gui-
hardus Delphinus, Hangeſtanus, David
Ramboranus, & Ioannes Corrapius,
quo factione Burgundica exauctorato
ubrogatus eſt Hugo Alnæus, qui ut in
officio confirmaretur, III Februar. MCCC-
CXI fidem Parlamento dedit earundem
partium: Carolo VII Rege, Gravillanus
& Blanvillanus: Ludovvico XI Ioannes
Totavillanus Dominus Torcii. Decreto
Ducis Aurelianenſis facto XXIV Ianuarii
MCCCLXI definitum eſt, in provocationi-
bus a Mareſchallis Galliæ reos provoca-
tionis tempore juriſdictione illorum pla-
ne ſolutos eſſe, neque poſſe Mareſchal-
los de crimine læſæ majeſtatis aut aliis
eo pertinentibus cognoſcere. Procura-
tor Regis in Parlamento ſemper confir-
mavit, ſumma officia Galliæ & ſubditos
Regis, quacunque autoritate ſint, non
habere juriſdictionem (ea enim ſummæ
autoritatis eſt) niſi ex diplomate, ut ha-
bent

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

bent Reginæ, Regumque filii, & Pares laici in agris ſibi donatis cauſa matrimonii, aſſignatiſve, Pariumve officio junctis, aut cuicunque Rex certo diplomate dare voluerit. In hanc ſententiam litigatum eſt primo Martii MCCCLXXXIV & IX Iunii MCCCLXXXIX, & contra Amiralium judicatum, qui ſibi cognitionem arrogabat ex præſcriptione, & clientelæ ſuæ vindicabat eos qui inter Carnutes, Fertam Aleſiam, ſuburbium Aurelianenſe, & parvum Lutetiæ pontem habitabant: ut in actis Parlamenti ſcriptum eſt duodecimo Iunii MCCCC. Cum Dominus Mirepiſi contenderet Philippo III Rege ſe hæreditaria fiducia hæreditarium Mareſchallum eſſe, eo quod parens ipſius in Simonis Montefortenſis exercitu contra Albigaunos fuiſſet Mareſchallus; repugnavit generalis procurator Regis, & ille cauſa cecidit ex quæſtione judicio ſub medium Auguſti facto milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo quarto; quo dictum eſt, domeſtica Regis officia non eſſe hæreditaria, niſi diſerte fuiſſet cautum. Similiter cum filii Guilhelmi Criſpini à matre ſe hæreditarios Nortmanniæ Conneſtabiles affirmarent, inter decreta ineunte Novembri facta milleſimi ducenteſimi ſeptuageſimi ſecundi & quæſtiones medio Auguſto habitas MCCLXXIV

dictum

ctum probare nequiverunt; itaque habitis ſub Pentecoſten quæſtionibus MCCXXVI, ceciderunt cauſa. Archambaldus Borbonius & Guilhelmus Dampetranus, quorum unus alteri ſucceſſit, uterque Campaniæ Conneſtabilis, declaraverunt in vitam, ac non hæreditarium officium obtinere, menſe Aprili MCCXVI. Itaque die Veneris ineuntis quadrageſimæ menſe Februario MCCXX, Mercullius in officium illud ſuffectus eſt. Conneſtabiles & Mareſchalli ſuos præfectos habent, quibus bello & pace eſt capitalis juriſdictio: quæ plurimum variis de cauſis amplificata eſt negligentibus aut abſentibus Prætoribus & Seneſchallis, quibus ſuum caput ſeorſim tribuemus. Mareſchallis propter officia ipſorum neque acceſſus, neque ſuffragium in Parlamento eſt, neque per fora excelſa ſedes. quod ſi Rex aderit, aut aliud mandaverit, is honores poteſt tribuere. Cum autem literis Arturi Britanni, quibus ſuum officium ipſi mandatum eſt, dicatur Conneſtabilis Amiralio imperare, æquum eſt ut in proximo capite ſuum locum ipſi concedamus.

De

De Amiralio Galliæ.

EGinhardus in vita Caroli Magni cu narrat obiiſſe Rollandum Ronceva liis,eum Prætextum nominat maris Br tannici:ex quo vetus officium fuiſſe co ſtat. Etſi ex quo regnum partitionibu minutum, & Reges in ditiones angu ſtiores contracti ſunt, eo quod potent Vaſſalli feudos ſummo cum imperio (fidem exceperis) obtinebant (Rex enin Angliæ tenebat Ducatus Nortmanni & Aquitaniæ, Britanniæ ſuus Dux erat & Flandriæ, Toloſæ, Provinciæque Co mites) Reges Galliæ diu nullum imperium in mare habuerunt: ac propterea non fuit opus Amiraliis niſi cum expeditionem in terram ſanctam ſuſceperunt; quo tempore mercenariis Genuenſibus, Hiſpanis, aliiſve finitimis peritis rei navalis uſi ſunt, ut curam devectionis ſuſciperent, nullo conſtituto in eam rem officio; eoque pacto in unica expeditione Amiralios plures habuerunt. Hugo Lartarius & Iacobus Levantius S. Ludovvico in Ægyptum expeditionem ſuſcipiente fuerunt Amiralii: Roverius Grimaldius Philippi Pulchri Regis: Hugo Racoriellus & Petrus Bahuchetus PhilippiValeſii,qui ab Edoardo III

Rege

ege Angliæ ad Scluſam fuſi ſunt : eo-
mque Rege fuit Amiralius magnus
aſtiliæ Ægidius Buchenodius ex con-
ntione facta XXV Ianuarii MCCCXLVI
Otho Orlenſis. Carolo V Rege fue-
unt Balduinus Fiellanus & Franciſcus
ericuloſus: ſed hi omnes non tam offi-
ales fuerunt quam duces in mari ſti-
endiarii. In omnibus inſtrumentis non
miralii vocantur, ſed Almiralii : ſic di-
untur Almiralii in annalibus Genuæ,&
oro tertio ſcribitur duces in mari a
ræcis vocari Ἀλμῆρας. Anno mille-
mo ducenteſimo octuageſimo ſecun-
o, vetuerunt Genuenſes ne quis ſe Al-
iralium affirmaret, niſi in naves lon-
as haberet imperium. Sed poſtquam
ominium regni ad utrumque mare de-
uo propagatum eſt, diverſi in hoc re-
no Amiralii facti ſunt, nempe Galliæ &
ritanniæ: interdum vero unius offi-
ium utrumque geſſit. In Provincia au-
em Narbonenſi Seneſchallus maximus
ve gubernator æque maris ac terræ ad-
iniſtrandæ mandatum habet. Offi-
ium Amiralii videtur fiduciarium eſſe,
unquam feudus in vitam datus : nam
um Rex Carolus V Amaurium Narbo-
enſem Vicecomitem eo liberaret, ſolvit
um fide quam hujus officii cauſa Regi
ederat, ut habent literæ hujus argu-
menti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

menti ſcriptæ decimo Februarii MCCLXX-III. Quod tamen fidem in Parlamento dedit juriſdictionis iſtius nomine, hoc plane oſtendit teneri ipſum hac clientelari lege, & per errorem ita fuiſſe ſcriptum in iis literis propter eas cauſas quas ſuperiore capite explicavimus. Comes Eboracenſis de agris ſuis contendit contra Ioannem Viennenſem Amiralium, decimo octavo & vigeſimo primo Iulii MCCCLXXV, vigeſimo octavo Novembris & vigeſimo tertio Decemb. MCCCCLXXXII & ſexto Auguſti MDIX, jus & decimas e mari ad ſe pertinere: hic inquam Comes aliique de rebus naufragio amiſſis & bonis vacantibus in mari contra Amiralium litigarunt vigeſimo ſeptimo Novembris MDX. litigavit Dominus Caioſorum vigeſimo primo Maii MCCCCIII, & decimo ſeptimo Martii MCCCC. defendit emolumenta & cognitionem de naufragiis in foſſa Caioſana factis ad ſe pertinere: Trimollianus decimo Iulii MCCCCLXXXXVII ſe Amiralium eſſe in maritimis ſuis regionibus confirmavit. Magiſtratus Rupellanus & multi nobiles ejuſdem agri dixerunt ſuum eſſe ut de multis cauſis ad Amiralium pertinentibus cognoſcerent; hoc nitentes maxime, quod antequam ullus Amiralius eſſet, eo jure uterentur. Decreto facto decimo ſexto

Iulii,

lii MCCCLXXX, fuit judicatum non eſſe
miralio juriſdictionem, neque licere ab
no officialium ipſius ad marmoream
enſam provocare. Etſi hoc poſtea fa-
um eſt: nam in cauſa Ioannis Gaſpæi
ecimo ſexto Decembris milleſimi quin-
entеſimi vigeſimi ſecundi pronuntia-
um eſt, Trimollianum Aquitaniæ Ami-
lium facturum eſſe ut legatus ab ipſo
ſideret menſæ marmoreæ, ut de pro-
ocationibus quæ à vicariis magiſtrati-
us ipſius fierent, ex æquo & bono co-
noſceret. Has quæſtiones definivit Rex
ranciſcus primus, juraque Amiralii &
ommoda duobus edictis declaravit:
no, facto vigeſimo ſeptimo Februarii,
illeſimi quingenteſimi trigeſimi quar-
; altero Februario milleſimi quingente-
mi quadrageſimi tertii: ad quæ edicta
ut breviores ſimus) ſatis eſt lectorem re-
iſiſſe. Conſtat autem, decimam quam
miralius percipit, jus fuiſſe Regis; quod
regentio Cortignio primo Amiralio
alliæ tributum eſt, cum in hanc pro-
urationem reciperetur. Decimo ſexto
anuarii milleſimi quadringenteſimi tri-
eſimi noni Parlamentum mandavit A-
niralio, ut fidem daret præſens, literas
eu codicillos officii curaret reformari,
omenque & cognomen addi, & ab offi-
io Rupellani gubernatoris deſiſteret
 (cum

(cum ab officio Amiralii alienum ſit pl
ne officium illud)eo quod utrumque
re inferiore eſt. Quamobrem Amirali
ſedibus excelſis non inſidet,ut ſæpe cu
reciperentur, ipſis indicatum eſt. Amir
lius Chabotus decimo ſexto & viceſim
Decembris MDXXVI, & decimo quin
Ianuarii MDXXXVI, ſedente in Parlame
to Rege ſubſtitit in ſubſelliis: quamvis
miralius XII Octobris MCCCCLXV, cu
pax inter Ludovvicum XI regem,fratre
que & principes inita pronuntiaretu
in ſuperioribus ſedibus conſederit ve
ſante Rege in aula palatii ſui, non aute
in Parlamento. Quod ſi Rex in Parla
mento,cui imperat,conſederit; honor
Parlamenti tribuit arbitratu ſuo: alioq
Amiralius ex officio neque locum in ed
tioribus ſedibus, neque ſuffragium, a
acceſſum in Parlamentum habet. Car
lus Amboſianus à Ludovvico Gravilla
no ſocero ſuperſtite tranſlatam ad ſe A
miralii dignitatem obtinens, cum acce
ptus in Parlamento poſtulaſſet prim
Februarii MDVIII inſcribi alteri codicil
honorarii paginæ,eum codicillum fuiſ
lectum, promulgatum, & in acta rela
tum, prout ſit literis Conneſtabilis &
Cancellarii, fuit denegatum;& ſtatutun
ut pro more ipſius acceptio & jurisju
randi prçſtatio conſcriberetur. Primus i
Galli

Gallia Amiralius fuit Amaurius Vicecomes Narbonenſis ; cui diſcedenti ab officio ſucceſſit Ioannes Viennenſis; huic Iacobus Caſtilionæus; cui abdicanti ſucceſſit Petrus Brabantius, qui Clinetus dicebatur; huic Robertus Braquemontius, qui à Burgunda factione exauctoratus ſucceſſorem habuit Iacobum à factione illa; à Rege vero Carolo VII, Ludovvicum Culanenſem : huic ſucceſſit Andreas Vallenſis Dominus Loheaci; qui diſcedens à dignitate hac ut Mareſchallus eſſet, promovit in locum ſuum Pregentium Cortignium Ægidii Reuſani generum Mareſchalli Galliæ: Cortignio autem mortuo ſucceſſit Ioannes Bullius Sanſerranus comes;huic Ioannes à Monte albano dictus; huic mortuo Ludovvicus Borbonius nothus Comes Ruſſilionenſis ; huic Ludovvicus Gravillanus, qui in Amboſianum generum ſuum ſuperſtes tranſtulit dignitatem ſuam. Gravillano ante ſocerum defuncto ſucceſſit Guilhelmus Gofferius Dominus Bonniveti: huic Philippus Chabotus Brionenſis Dominus ; huic Claudius Dominus Annebaldinus ; huic Gaſpar Colignius Caſtilionis ad Lonium Dominus. Galliæ autem Mareſchalli præeunt Amiralio.

De Magno Magiſtro Galliæ.

HOc officium olim cum duæ priores familiæ eſſent, dicebatur Comitis palatii; deinde Seneſchalli Galliæ, cum regnare cœpiſſet familia tertia. Poſtea edicto Philippi Pulchri Regis menſe Martio milleſimi trecenteſimi noni pecunia quam Rex habebat penes ſe, huic officio debita ex fide Regi data ab Antiſtitibus, tradita eſt tenuioribus nobilium filiabus ut commodius elocari poſſent. Comes Guido Rupefortenſis hoc officium habuit, cujus filiam deſponſatam non duxit Rex Ludovvicus Craſſus. Ei ſucceſſit Anſelinus Galennius; ut in quodam inſtrumento Dionyſianæ Abbatiæ nominatur, facto à Rege Ludovvico Craſſo anno milleſimo ſeptuageſimo ſecundo. Atque (ut narratur in Chronicis Galliæ) tanta fuit hujus officii dignitas, ut armis de ea Amaurius Montefortenſis Comes contenderit contra Stephanum Galennium, cui favebat Rex Ludovvicus Craſſus, eumque ita nominat in ejuſdem Abbatiæ inſtrumentis anni milleſimi ſeptuageſimi, & milleſimi ſeptuageſimi ſecundi. tandem vero uterque ceſſit Rodolpho Veromanduorum Comiti ex ſtirpe regia, qui in eo certamine oculum

ami-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

miſerat: huic ſucceſſit Theobaldus IV Bleſenſis Comes. In regum ſequentium inſtrumento magni & ſupremi magiſtri prætorii nominantur quidem, ſed ſine cognomine. In domeſticis Philippi regis duo magni magiſtri nominantur, frater Arnoldus VViſemalius, & Matthæus Trianus: Philippo Valeſio rege, Robertus Druidenſis Dominus Buanus: Carolo V, Petrus Valeſius & Guido Cruſaltii Dominus, quo tempore ſupremi magiſtri prætorii regalis dicebantur: Carolo VI rege, Guichardus Delphinus, Ioannes Macerus Dominus Nogenti, cum rege à puero educatus, Ioannes à Monteacuto, filius Gerardi à Monteacuto à ſecretis Regi & chartophylacis, & Comes Vindocinenſis è ſtirpe regia princeps: Carolo VII rege, Carolus Dominus Culantii, Iacobus Chabanenſis, & Rodolphus Gaucortenſis Dominus: Ludovvico XI rege Ioannes Croyus, Carolus Melodunenſis, Antonius Croyius Ioannis filius, & in ejus abdicati locum Antonius Chabanenſis Dammartinenſis comes: Carolo VIII rege, Franciſcus comes Vallenſis: Ludovvico XII, Ludovvicus Amboſianus Calmontenſis Dominus, Iacobus Chabanenſis Paliciæ Dominus: quo per regem Franciſcum I tranſlato ad dignitatem Mareſchalli, ſub-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

rogatus eſt Arturus Gofferius Dominu
Boiſianus, deinde Amedæus nothus Sa
baudiæ,& Annas Dux Montmorencius
qui idem Conneſtabilis: Henrico II rege
Franciſcus Lotaringus Dux Guiſius pro
dignitate ſperata Mareſchalli, quam Re
Franciſco Montmorencio maximo Con
neſtabilis filio contulerat: Carolo IX reg
Henricus Lotaringus Dux Guiſius à pa
rentis morte. Nomen Seneſchalli digni
tati huic attributum exponitur in lege
Clotario rege Allemānis lata, cujus prin
cipium eſt: Magiſter prętorii unius domi
nii quod in ſua familia XII Vaſſallos ha-
bet, &c. nomen eſt Germanicum compo-
ſitum ex *Schal*, id eſt, ſervus aut officialis,
& *Geſind*, quo ſignificatur familia; quaſi
dicas officialem aut præfectum familiæ.
Vtcunq; ſit, nobis futurum eſt ſatis ſi te-
neatur ſignificatio. Polybius in hiſtoria
Romana, cum primam conventionem
interpretatur primis Coſſ. Bruto & Va-
lerio inter Romanos & Carthaginenſes
factam, eo ſe excuſat quod CCCL annorū
ſpatio tanta mutatio ſermoni Romano
acciderit, ut ægre multa illius conventio-
nis membra à ſtudioſiſſimis & diligentiſ-
ſimis antiquariis poſſent intelligi. Quam-
obrem nemini cum ratione mirum vi-
debitur, ſi ego in aliena lingua hęreo, quę
in hoc regno ante annos mille deſiit.

Poſtea

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

Poſtea vero judices provinciarum quibus Vaſſallorum cura ad ſuffectam evocationem pertinentium commiſſa eſt (quam retrobannum vocant) nominati ſunt Seneſchalli, de quibus ſuo capite agetur, & in capite de præfectis. Dixerunt quidam Seneſchallum Galliæ fuiſſe Conneſtabilem; ſed hoc ſpeciem non habet. nam pro fide data antiſtites nunquam Conneſtabili quicquam, ſed magno magiſtro debuerunt. In Campania fuit Conneſtabilis & Seneſchallus, ſicut in Francia: ex quo diverſa fuiſſe officia conſtat. In Bibliotheca S. Victoris hiſtoria eſt Andinorum comitum, in qua jurant multi regem Robertũ dediſſe Godefrido à Sago cineritio dicto comiti Andium officium magni Seneſchalli aut magiſtri Francici hæreditarium: quod confirmatur profeſſione Philippi Pulchri regis publice facta Aureliæ, cuſtodiam Abbatiæ S. Iuliani Turonenſis ad Henricum III Regem Angliæ pertinere, propter officium magni magiſtri Francici hęreditarium, quod rex Henricus ipſe literis die Mercurii ſub finem Aprilis MCCLXXXVIII ſcriptis teſtificatus eſt. Etſi hac in re aliquid in dubiũ vocari poteſt: cum antegreſſis conventionibus cum S. Ludovvico rege factis Henricus II & Richardus I Reges Angliæ Comitatu Andium Regi Galliæ

omnino ceſſerint, qui propterea Carolo
Franco S. Ludovvici fratri fuit aſſigna
tus : atque profeſſionis illius tempor
eum tenebat Comes Valeſiorum, frate
Philippi Pulchri regis; qui hoc argumen
to, ac non rex Henricus, magnus magi
ſter fuiſſet prætorii. Præterea inter Ro
bertum regem & Philippum Pulchrun
multi magiſtri fuerant alii quam An
dium comites. Quamobrem veriſimil
eſt hoc Godefrido à Rege donatum eſſe
ut in ſacris & coronationibus Regum fa
ceret officium magiſtri magni ipſe a
poſteri ejus, in quibus fuit rex Henricus
ac proinde hunc prærogativam iſtan
non comitatus Andium, ſed familiæ no
mine ſibi vindicaſſe. Alioqui præjudicaſ
ſet rex Philippus ſibi, ſi comitatum An
dium ad regem Angliæ dixiſſet pertine-
re. Quamvis Regibus magni fuerunt of-
ficiales domeſtici ad quotidianum mini-
ſterium, interdum tamen ad cohone
ſtanda ſacrorum & coronationis ſolen-
nia in magnis illis officiis opera ampliſſi-
morum & præſtantiſſimorum homi-
num utebantur. Rex Philippus III offi-
cium Conneſtabilis ferentis regalem gla-
dium commiſit ſacrorum die Roberto
comiti Arteſiano principi agnato; cum
ſuum haberet Conneſtabilem, neque a-
lias unquam officium hoc Arteſianus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

dminiſtraverit. Simon Dominus Ionillanus ex conventione inter comitem omitiſſamq; Campanienſem & ipſum acta die Iovis poſt Pentecoſten menſe unio milleſimi ducenteſimi decimi o- ctavi, hæreditarius fuit Campaniæ Seneſchallus. Sed tamen ſub pentecoſten milleſimi ducenteſimi vigeſimi quarti, quia hæc conventio facta fuerat cum Theobaldus comes adhuc minor annis eſſet, dignitatem illam Simoni hæredibuſque donavit, integra quæſtione manente de proprietate officii. Magnus magiſter prætorii Francici non dat Parlamento fidem, etſi juriſdictionem habet; ſed eam fert acceptam Regi. Regnante Carolo V cognovit magiſter magnus de lite inter Duces Burgundum & Borbonium orta propter ædes quaſdam Meloduni ſitas, cum Rex ibidem eſſet, eaſque ſententia adjudicavit Borbonio viceſimo nono Decembris milleſimi treceteſimi ſexageſimi ſeptimi. Exſtitit primo Auguſti milleſimi quadringenteſimi quarti in Parlamento controverſia de cognitione cujuſdam furis qui in prętorio Caroli VI regis Paulino Lutetiæ ſupellectilem argenteam furatus fuerat, inter præfectum Lutetianum, magnos magiſtros, & alios magiſtros prætorianos Regis: qui contra procuratorem generalemRegis agentem

cauſam præfecti Pariſienſis juriſdiction
ſuam defenderunt, oſtendentes, olim ſu
premum magiſtrum contuliſſe officia, d
cauſis maximis abſente Rege cognovi
ſe, habere jus ut ipſis præferantur virg
in palatio Pariſienſi & omnibus præto
riis Regis, ut in Academia Rectori ubiqu
præferuntur clavæ. Hæc autem ex au
ctoritate Comitis palatii (quæ in duabu
prioribus familiis floruit) deſumpta ſun
ut inprimis explicatur ſententia Regi
Clotarii ſecundum Abbatiam S. Benign
Divionenſis lata vigeſimo quarto Octo
bris anno octavo regni, quæ ſententi
exſtat in chartophylacio illius Abbatiæ
Meminit enim Endebaldi ſive Endobel
Comitis palatii Regis, qui Parlamentum
ambulatorium convocabat, ſententiiſ
que & judiciis cauſarum intererat ut ea
referret ad Regem, cujus nomine decre-
ta conſcribebantur. Eginhardus in Caroli
Magni vita narrat, ſi quando Comes pa-
latii eum moneret cauſam agi quæ præ-
ſentiam ipſius judiciũq; poſtularet, eum
mandaviſſe ut introvenirent partes, au-
diviſſe atque judicaſſe: quod quidem de
conſilio eſt intelligendum. nam quia jus
in palatio dicebatur, erat ſua comiti pa-
latii auctoritas, cui ſucceſſit Seneſchallus
aut magnus magiſter prætorii Francici,
ſed auctoritate immutata. Septimo Mar-
tii

MCCCLXXXIX, in cauſa Ioannis Caulitti
dicatum eſt, magiſtris prætorii Regis
tra regiam & præter res ad officium
ſorum pertinentes non eſſe juris dicen-
facultatem. In decreto Philiberti Be-
gnoti duodecimo Martii MCCCCXI pri-
ia actione judicaverant de honoribus
ıbicularii & metatoris Regis. Ab ipſis
l Parlamentum provocatur, ut in cau-
Ioannis Vavoii XXVII Iunii, in cauſa
ɔannis Ganzellii viceſimo & trigeſimo
ınuarii MCCCXCVI, & aliis judicatum eſt.
lector Dametus ab eis provocaverat;
d ſententiæ eorum ex actis decimo ſe-
timo Februarii MDV à judicibus fue-
unt confirmatæ. Similiter duodecimo
prilis MCCCCX, legitur procurator Regis
rætorianis cauſis interfuiſſe; ut Henrici
ræfecti decimo tertio Iunii, & Petri Ru-
ini penultimo Martii milleſimi qua-
ringenteſimi decimi. Horum juriſdictio
n cauſa eſt cur oſtiarii & lictores nihil in
ɔrætorio Regis exſequantur, niſi à ma-
nis magiſtris facultatem poſtulaverint.
Primi magiſtri prætoriani officium ve-
us eſt, quod tenebat Ioannes Iambenſis
emporibus Philippi Valeſii regis. Pri-
marii domeſtici Regis de nocte in ſummi
nagiſtri cuſtodia excubant, qui ex con-
titutionibus S. Ludovvici, Philippi Pul-
chri & Philippi Longi regum ſtationem
in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

in prætorio habet. Hic denas libras, & f
delitatis juſiurandum ab antiſtitibus ſi
gulis qui recens promovebantur, exig
bat. Exſtat in chartophylacio docume
tum factum Decembri milleſimi duce
teſimi vigeſimi noni, Epiſcopum Aur
lianenſem pro Seneſchalli & pincern
Franci officio quindecim libras perſolv
ſe. Atque eodem jure damnatus à Parl
mento eſt Bonnevallenſis Abbas decr
to Pentecoſtes milleſimi ducenteſin
ſexageſimi ſexti.

De Archimagiro Franciæ.

QVia officium hoc officiumque ſum
mi à poculis & artocopi Galliæ con
juncta ſunt, ea nos ex ordine explicabi
mus. Huic ſumma fuit inſpectio in om
nes culinæ regalis adminiſtros. Guilhel
mus Harcortenſis erat Archimagiru
Philippi Pulchri Regis MCCXII; Ioanne
Caſtilionæus Philippi Valeſii; Ioanne
Dampetranus Dominus S. Deſyderii, Ca
roli VI Regis. Atque hic filius erat Alexi
filiæ Domini Auſemontenſis, qui magi
ſter Mareſchallus Galliæ nominabatur
& Mariam Barrenſem duxerat: quod
propterea dicimus, ut viros potentiſſi-
mos demonſtremus officium hoc hono-
ri habuiſſe. Narratur in decreto Remen-
ſium VI Auguſti milleſimi trecenteſimi
qua-

adrageſimi ſeptimi hujus officium in
am fiduciarium Regi acceptum ferri,
certam juriſdictionem habuiſſe. Ex-
nt in eo decreto jura quamplurima,
æ hic, & maximus à poculis, artoco-
s, præfectus prætorio, aliique officiales
meſtici vindicabant ſibi quo die coro-
batur Rex, & aliis item quibus coro-
tus capiebat cibum. Huic Archimagi-
ratione officii erant ædes inſtructæ
no in vico S. Germani Altiſſiodoren-
ex adverſo Epiſcopalis furni, quas
ircortenſis annuente Rege vicenis
aternis libris Pariſienſibus proventus
nui in Aprili milleſimi trigeſimi ſepti-
elocavit, reſervato jure & directo do-
inio illius penes officium. Erat quoque
ic proventus quidam Aubervilleriis,
a ad ſaltum Vincennarum & Villam
vam adſcenditur: cujus documenta
bentur chartophylacio. Sed quia offi-
um hoc antiquatum eſt, ejuſque emo-
menta recepta à Rege, nihil pluribus
ous eſt. Erat enim ſuperfluum, niſi quod
eges magnis honoribus oſtentabant
ajeſtatem ſuam, ut populares in offi-
o, exteros in metu continerent: itaque
tentes viros ſervos ſuos qui honori
icebant iſta, his rationibus compenſa-
int.

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

*De maximo à poculis ſeu Pincer-
na Galliæ.*

MEminit Geneſis principis à poc
& artocopi Pharaonis Regis Æ
pti : & Herodotus auctor eſt, fuiſſe e
qui vinum Perſarum Regibus miniſt
bat, officium honoratiſſimum. Summ
à poculis dat Regi fidem propter ju
dictionem quæ officio conjuncta
Hanc dedit S.Ludovvico Regi anno m
leſimo ducenteſimo ſeptuageſimo Ioa
nes Acranus filius Alphonſi filii Ioan
Regis Acræ, qui Beatricem Caſtilionæ
filiam Guidonis Comitis S.Pauli uxore
duxerat. Dedit quoque Philippo Lo
go Henricus Dominus Sullii ultim
Aprilis milleſimi trecenteſimi decimi
ptimi, ut teſtantur in chartophylac
inſtrumenta. Aderat, & ſententiam
cebat in curia Parium Galliæ judici
que eorum. Singulare jus taxandi
pendendi piſces habebat Lutetiæ in c
ra domus ſuæ, ut Parlamentum decr
to judicavit ineunte Novembri mill
ſimi ducenteſimi nonageſimi ſecun
Centenos ſolidos ex inſtitutione reg
ab unoquoque antiſtite recens prom
to percipiebat, cum fidem daret Reg
ut multis decretis dictum eſt: & ratio

offic

fficii præſes alter erat in Pariſienſi ra-
onario : cujus rei habetur edictum à
ege Carolo ſexto latum ſeptimo Ia-
uarii milleſimi quadringenteſimi, &
onſcriptum in actis Parlamenti inter
onores Philippi Longi rectoris conſti-
utos anno milleſimo trecenteſimo de-
imo ſexto, Domino Sullii ſummum
n rationario locum obtinente. Hic in
Aprili milleſimi trecenteſimi decimiſe-
ptimi, ſummus à poculis factus non de-
ſtitit præſes rationum eſſe; ex quo hujus
privilegii initium ductum eſt. Regnante
Ludovvico Craſſo ſummi fuerunt à po-
culis Gilbertus & Ludovvicus, quorum
deſiderantur nomina: deinde Guido San-
ſianus Dominus pater, cujus poſteri Lu-
dovvico Iuniore & Philippo Auguſto
Regibus tamdiu officio functi ſunt, ut
Lincernarum cognomen tenuerint, &
noſtra memoria teneant. Regnantibus
Auguſto, Ludovvico VIII filio ejus, & S.
Ludovvico fuerunt Robertus Corteneus,
Princeps Sanſerranus, & Ioannes Acra-
nus: Philippo Pulchro rege, Guido Ca-
ſtilionæus Comes S. Pauli, & Erardus
Montmorencius Dominus Conflantii,
Matthæi Montmorencii filius: Philippo
Longo, Henricus Dominus Sullii: Philip-
po Valeſio, Dominus S. Mori: Ioanne Re-
ge, Comes Altiſſiodorenſis: Carolo V,
Ioan-

Ioannes Saribruchanus : Carolo VI, Do-
minus N. dimiſſus ut ſufficeretur in lo-
cum ipſius Dominus Croyi, cui dimiſſio-
ni aſſenſus eſt decimo quarto Apri-
lis milleſimi trecenteſimi duodecimi:
Croyo dimiſſo ſucceſſit Petrus Eſſariu
& huic mulctato morte Robertus Ba-
renſis, huic mortuo Dominus Totavill-
nus : Ludovvico undecimo regnant
Antonius à Caſtellonovo dictus. Di
Iovis præcedente diem S. Michaëli feſtur
milleſimi ducenteſimi noni, Hugo Ca-
ſtilionæus, Comitis S. Pauli filius, agno-
vit ſe poculorum Campanienſium cu-
ram non hæreditariam, ſed in vitam
Campanienſi Comite dono obtinere
Decreto facto die ſeptimo Septembri
milleſimi quadringenteſimi ſexageſim
noni, ſecundum Guilhelmum Alegra-
num à conſiliis contra Abbatem S. Dio-
nyſii Francici dictum eſt, Alegrano fore
fiduciariam poculorum Abbatiæ illius
adminiſtrationem, cujus officium jura-
que decreto illo declarantur : tum enim
conabatur Abbas cum officio hoc offi-
cium cubicularii ſui & Mareſchalli Ab-
batiæ ſuæ abolere.

De

De maximo Franciæ Artocopo.

MAximi Franciæ Artocopi officium pervetus inſpectionem habet in officia omnia ad prætorianum panem pertinentia, prout accenſentur ipſi. Hi panem curant, & menſalia linteamina. Huic officio præfuit S. Ludovvico regnante Hugo Arteſius, Godefridus Catellanus, Stephanus & Ioannes, quorum cognomina in inſtrumentis non comparent: regnante Philippo Longo, Robertus Meudonenſis, Guilhelmus Vicecomes: Philippo Valeſio, Bochardus Montmorencius: Ioanne Rege, Dominus Tremontenſis: Carolo V, Rodolphus Bonnevallenſis: Carolo VI, Dominus rupis Guidonicæ, eoque mortuo Antonius Craonenſis, deinde Gravillanus, atque hoc per factionem Burgundam dimiſſo ſuffectus Robertus Mallius, tum Gravillanus reſtitutus, deinde hoc ad præfecturam baliſtariorum provecto Reginaldus Prianus: atque hoc mortuo, Carolo ſeptimo regnante, Ioannes Malliacus Dominus Caſtelli Briantii; qui ubi deceſſit, Iacobus Caſtilioneus, Dominus Dampretanus, & Rolandus Ancabrius de officio inter ſe contenderunt. Cujus litigii tempore Parlamentum decimo ſeptimo die Septembris MCCCCXXXVII ſeque-

ſtrum præfecit officio; poſtea vero decreto facto vigeſimo quarto Februarii MCCCCXXXIX adjudicavit Caſtilionæo: regnante Carolo VIII, Iacobus Odartus Dominus Curſæi: Ludovvico XII & Franciſco I, Iacobus Dominus Curſolii. Legitur Craonenſis officii nomine dediſſe fidem Parlamento ſecundo Novembris MCCCCXI, Mallius quarto Auguſti MCCCCXVIII, & Malliacus viceſimo ſecundo Iunii, & viceſimo tertio Ianuarii MCCCCXXVIII. Quæ fides pro juirſdictione ſi non debetur Parlamento, non debet officium Parlamento fidem: ſin debetur, jusjurandum errore pręſtitum oportuit. Maximus Regis artocopus de pane cognoſcit & judicat, qui à piſtoribus urbis ſuburbiorumq; Pariſienſium pro Rege & officiis ipſius conficitur: ut ſecundum Montmorencium decreto fuit judicatũ ultimo Decembr. milleſimi trecenteſimi trigeſimi tertii. Pręfectus tamen Pariſienſis, ſive occupatione ſive negligentia artocopi inſpectionem hanc, correctionem & juriſdictionem habet, ut altero decreto dictum eſt vigeſimo ſecundo Ianuarii milleſimi quadringenteſimi ſexti. Atque hac in cauſa multæ inter ipſos lites & multæ ſententiæ latæ ſunt: inter cæteras fiduciarium quoddam judicium ſecundo Maii milleſimi quadringenteſimi octua-

octuageſimi quinti, quo permiſſum eſt Odarto artocoporum præfecto habere parvum conſeſſum ſuum, eoq; cum ſuis ex ratione uti, ut olim fuerat uſus in Lutetiano pane inſpiciendo. Permittitur quoque ut ipſe aut alii mandato ipſius jus iſtud ab hominibus rei peritis exſequendum curet, quotieſcunque opus fuerit inſpectione. Etſi non licet ipſi juramentum à ſcriba exigere, aut aliud quicquam quo præjudicetur juriſdictionibus aliis; ut decreto quodam continetur paulo ante in piſtores Pariſienſes lato. Mandatum præterea, ut quæcunque panis vitia inter inſpiciendum, qualitate, pondere, candore, aut alia de cauſa comperirentur, ea referrent ad forum Pariſienſe, ut præfectus Pariſienſis aut quiſquis vices ipſius gereret, pro conditione culpę pœnas illius ſumerent, prout ex ratione fore judicarent: Præfectum quoq; & alios in eo foro officiales regis poteſtatem habituros, quoties commodum ipſis videbitur, inſpiciendi panes; neq; ſummũ artocopum aut officiales ipſius ullos eis impedimentō allaturos. Item permiſſum eſt huic ut à propolis piſtoribuſq; ſingulis Pariſienſibus denariũ quotannis exigat, quod jus ipſius ex conſuetudine profectũ dicitur quam ipſe & anteceſſores ipſius habuerint. Pręterea huic attribuitur

ad jus ſuum dicendum actuarius unus & procurator in foro ipſius, aut intra palatium, ut ipſe & anteceſſores habuerant: mandatumque ut à judiciis quæ ipſe fecerit de cauſis ad cognitionem ipſius pertinentibus, ad eos provocetur ad quos ante fuerat provocatum. Permiſſum quoque ut ſi qui recens in opificium iſtud poſtularent recipi, eos acciperet, atque ad eam rem binos aut ternos homines peritos conſtitueret qui ſpecimen operis acciperent ad ipſum aut officiales ipſius perferendum: verumtamen hac ſpecie neque fas ipſi fore ut decretis à Parlamentis in piſtores factis ratione ulla præjudicet, neque piſtoribus ut pacto ullo conventicula, monopolia, aut alia ejuſmodi mala exerceant. Rex Carolus ſextus viceſimo nono Maii milleſimi quadringenteſimi quadrageſimi noni, auctoritatem ſummis pincernis, artocopis, & aliis magnis officiis datam revocavit; volens jus ſibi aſſumere exigendi quintam ab unoquoque opificio de quo ipſi ex officio ſuo cognoſcerent: quas exactiones ſola invexerat auctoritas. Parlamentum accipiens Mallium interdixit ei ne ſolidos quinque Turonenſes à piſtoribus ſingulis regni exigeret, ut quidam antea fecerant: quæ interdicta revocationem Caroli anteceſſerant. Theobaldus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

dus comes Campaniȩ die dominico ante feſtum Petri in Dominum Guicortenſem artocopi Campanienſis officium ad vitam contulit fiduciarium. In cauſa Guilhelmi Alani conſiliarii in Parlamento agitata duodecimo & decimo tertio Martii milleſimi quadringenteſimi octuageſimi, frater Robertus Fontanus religioſus & piſtor Abbatiæ Dionyſianæ propter officium hoc auctoritatem retinuit in piſtores, molitores, & cupediarios Dionyſiani oppidi. In domo Regis ſunt primi artocopi: qua in dignitate fuit Renatus Scotus Ludovvico duodecimo & Franciſco primo Regibus.

De ſummo Hippocomo Galliæ.

HOc officium non eſt vetus admodum. In recenſione domeſticorum Philippi III, Pulchri, & Longi regum non fit illius mentio; ſed tantum hippocomorum quatuor: binos ſemper affuturos aulæ; unum ad corporis miniſterium, alterum ad curationem ſtabuli, qui cum priore commiſſus eſt. Qui autem ad curationem ſtabuli inſtituuntur, nequeunt ex aula diſcedere niſi exorata à præfectis prætorio venia: ſi contra fecerint, officii privatione ab eis mulctari poſſunt. Qui miniſtrant corpori, à Rege ſolum commeatum petunt. Sic apparet non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

fuiſſe tunc temporis ſummum hippocomum: nam hic in hippocomos, aliaque hippocomiæ officia inſpectionem habet, in quibus numerantur agaſones & veterinarii, etiamque veterinariorum maximus, qui à Rege Carolo VII die quinto Septembris milleſimi trecenteſimi octuageſimi (ut relatum eſt in chartophylacium & fori Pariſienſis acta) jura habuit quamplurima in actis conſcripta ratione officii: inter cætera, neminem calcarium, galearum, ephippiorum, aut aliorum inſtrumentorum huc ſpectantium opificem, aut veterinarium Lutetiæ fore, niſi jus opificii redemerit à Rege: quod jus ex auctoritate Regis à primo hoc veterinario venditur. Hujus autem proprium munus eſt, ut equos tantum vectarios calceet, non autem alios. Exſtat in chartophylacio quædam Ioannis qui veterinarius erat Ludovvici VIII Regis) profeſſio, ſe dono Regis officium ſuum obtinere, neque hæreditarium ſibi aut poſteris vindicare, neque adverſurum bono ſuo equos aut caballos ſibi in Regis equili traditos: quæ profeſſio facta Auguſto milleſimi ducenteſimi vigeſimi tertii, oſtendit manifeſto veterinarii primi officium fuiſſe in auctoritate, etſi Mareſchallis Galliæ aptari non poteſt. Subſunt hippocomo maximo patres patrati

trati & fæciales armorum. Carolo VII Rege fuerunt ſummi hippocomi Potho Santrallius & Tanneguius Caſtellanus; Franciſco I Rege, Ægidius à S. Severino dictus, Iacobus Galiotus qui Guarillanenſis dicebatur, Dominus Acerii, & N. Gofferius Dominus Boiſii; qui in eodem officio Henrico ſecundo, Franciſco ſecundo & Carolo nono Regibus miniſtravit.

De ſummo venatore, & accipitrario Galliæ.

ETſi Reges Galliæ inprimis poſt omnem memoriam fuerunt ad venationem attentiſſimi, hæc duo tamen officia non ſunt vetuſta: nam horum Philippo tertio, Pulchro, & Longo Regibus nulla fit mentio; ſed tantum venatorum, accipitrariorum, ſaltuariorum, aucupum, perdices & lupos indagantium, ſagittariorum, & rerum omnium ad venationem aucupiumque pertinentium. Guilhelmus Gamachius (cujus culpa Rex Carolus VI à venatione ſæpe aberraverat) officio abdicatus venatoris ſummi, & Ludovvicus Aochinus ſuffectus eſt: cujus dimiſſionis nomine litigatũ eſt inter ipſos decimo ſeptimo Ianuarii milleſimi trecenteſimi decimi quarti.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

Poſtea Gamachius magiſter ſummus & inſpector aquarum ſylvarumque factus eſt & ſubſtitutus in locum ejus Iohannes Cohelinus. Ludovvico XI rege fuit Hugo Foveus; Ludovvico XII, Iacobus Tintevillanus Dominus Chenetorum, & Ludovvicus Dominus Ronvillanus: Franciſco I rege, Claudius Lotaringus Dux Guiſius. Carolo VI rege, Guilhelmus Pratenſis fuit ſummus accipitrarius, & Franciſco I rege, Oliverius Salatius & Renatus Scotus.

De maximo præfecto cubiculi Franci.

HOc officium Cæſaribus Romanis dicitur præfecti aut præpoſiti ſacro cubiculo; de quo habetur lex libro duodecimo Codicis. Philo Iudæus Heliconis mentionem faciens (qui apud Imperatorem Caium hanc dignitatem obtinebat) ſcribit hanc primam dignitatem eſſe ad aurem Principis ſemper poſſidendam. Olim vocabant Galli Comitem regalis cubiculi. Aimoïnus narrat Bernardum Ducem in præfectura limitanea Hiſpaniæ à Ludovvico Pio rege & Imperatore Comitem cubiculi factum eſſe: tanta erat dignitatis hujus amplitudo. Etenim hoc unum eſt è quatuor maximis Galliæ officiis, quæ ſubſcribebant & probabant

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

Regum diplomata, Parium judiciis adrant,&ferebant in eis ſuffragia. Magnus hic præpoſitus curam habet Regis veſtium & ſupellectilis ejus: quamobrem neceſſe eſt officium hoc eſſe antiquiſſimum,& quidem ſummis hippocomis & admiſſionalibus antiquius. forte autem propter eorum præſtantiam qui præpoſiti erant cubiculo, fuit inſtitutum, cum nollent Reges tantos viros in miniſteriis illis occupari, ut admiſſionalibus hæc cura committeretur. Ac propterea plerunque apud Latinos cubicularius magnum admiſſionalem ſonat: quod argumento eſt unicum in principio officium exſtitiſſe; præpoſitum vero cubiculo honoris cauſa, juris & emolumenti permanſiſſe, quamvis miniſterio careat. Nomina quæ iſtis tribuuntur hæc ſunt, primus nobilis cubicularius & veſtiſpex, ſive magiſter veſtiarii. Hujus præpoſiti officium à Rege eſt fiduciarium, cujus fiducia in vitam permanet. Hæc fiducia ab Eſſuano Comite prętita eſt S. Ludovvico regi anno milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo, quo poſtremo regnavit: ex quo apparet illud falſum eſſe quod à conſilio Ducum Borboniorum adductum eſt(ut narratur in decreto quarti Martii milleſimi quadringenteſimi ſeptuageſimi quarti) præfecturam hanc dominio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

S. Ludovvici Regis adunatam & receptam anno milleſimo ducenteſimo ſexageſimo nono traditam ab eo fuiſſe filio Roberto Franco Comiti Claromontano apud Bellovacos hæredibuſque fiduciaria lege: nam præfecturam hanc Robertus nunquam habuit. Qui primus eam e gente Borbonia tenuit, fuit Ludovvicus primus Borboniorum Dux, dono Philippi Pulchri Regis: ſequentes Duces Borbonii non hæreditariò, ſed in vitam permittentibus Regibus habuerunt. Rex Carolus VII duodecimo Martii milleſimi quadringenteſimi quinquageſimi ſexti commiſit eam Ioanni II Duci Borbonio vacantem ex obitu Caroli I Borbonii Ducis patris: Rex Carolus VIII vigeſimo nono Aprilis milleſimi quadringenteſimi octuageſimi octavi, Petro Duci Borbonio, vacantem ex morte fratris Ioannis II Ducis Borbonii. Ex eo autem conſilium illud in errorem iſtum adductum eſt, quod officium feudale eſt, & feudum omnem eſſe putavit hæreditarium, non animadvertens feudos quoſdam in vitam eſſe, propter jus & dictionem juris conjunctam certis officiis. Ac juriſdictionem quidem huic præpoſito ſingularem eſſe decretum confirmat factum x Martii MCCCCLII, quo re a prætore ipſius male judicata mulctatur, quia ſemper Regi ſub-

bjecta eſt ipſius juriſdictio. Quo etiam
ire mulctas in foro ſuo irrogatas (niſi
rovocatio intercedat) percipit , aut
omprobato judicio ipſius. Gravius eſt
idicatu cum irrogatur mulcta ab alio
idice quam eo quem dederit præpoſi-
us ſummus cubiculo, ſi ea ad aliam a-
tionem pertinet aut aliam mercem cu-
us inſpectio atque correctio præpoſito
ttributa eſt: cujuſmodi lis inter Regem
& ipſum fuit agitata ultimo Martii MCC-
CCXX , tertioque & vigeſimo Aprilis MCC-
CCXXI, quam cauſam Parlamentum vige-
ſimo ſexto Iulii ſequentis judicavit. Alte-
ra quoque difficultas oritur , cum nota
merci adulteratæ extra juriſdictionem
præpoſiti cubiculo impreſſa eſt , deinde
vero in ea deprehenditur : qua de re fuit
contentio, ſed judicium nullum, quinto
Decembris MCCCCXXIV, an falſæ martium
pelles Brugis & Tarvanæ comparatæ
Lutetiamque advectę publicentur, & ad-
judicentur huic præpoſito. Contra Ioan-
nem primum Ducem Borbonium ſe-
quentem partes Aurelianę familiæ, Ioan-
nes Burgundus , Comeſque Nivernenſis
& Rethellanus frater Ioannis Burgundi
Ducis, cum duæ illæ familiæ diſtractæ eſ-
ſent, officium hoc à Rege Carolo VI exo-
ravit dono, viceſimo quarto Octobris M-
CCCCX , ea lege ut rationes redderet,
& do-

& documentum juris ad hoc officii
pertinentis ab eo accepit: prout à no
in hoc caput inſertum eſt. Metuens a
tem Nivernenſis (prout ſolent deſti
quicunq; alienas veſtes ſibi induerunt)
par pari redderetur ipſi, eodemq; exe
plo ſpoliaretur; interceſſit apud Par
mentum viceſimo ſeptimo Septemb
MCCCCXIII, ne quis in officium ſuum ac
peretur: deinde quia in prælio Azinco
tenſi occiſus fuerat, Ioannes Craone
ſis Princeps Auraſiorum, Ducis Burgu
di fautor, qui Lutetiam occupaverat,
Regem in manu habebat, hoc officiu
tenuit. Intercedente autem Borboni
decimo ſeptimo Octobris MCCCXVIII, n
acciperetur, fuit in Parlamento (quo
cum Burgundo faciebat) de interceſſio
ne litigatum trigeſimo Aprilis MCCCCXX
contra quam die Septembris ſequenti
ſexto Princeps Auraſiorum in officium
receptus eſt: adeo fugit regnum diviſum
integritas & juſtitia, cujus leges perver-
tunt diſſidia ex perturbationibus judicio
recto adverſantibus. Poſtea Carolus VII
Rex dignitatem Borbonio reddidit,
quam illa ſtirps continenter habuit do-
nec Carolus II Dux Borboniorum obiiſ-
ſet, cum rex Franciſcus I viceſimo ſexto
Septembris milleſimi quingenteſimi vi-
geſimi ſeptimi, officium Carolo Duci
Aure-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

ırelianenſi filio ſuo minimo tribuit.
ıo mortuo in Octobri MDXXXXV, hoc
ıcium abolens adjunxit domui regiæ
ıdos, dominia, ditiones, cenſus, pro-
ntus, & juriſdictiones ad hoc officium
rtinentes. Sexto Martii MCCCLX, Dux
ırboniorum præpoſitus cubiculo con-
ndit in Parlamento aream mercato-
m (quæ ad Lutetiam eſt & jus in mer-
tores adjunctum habet) officio ſuo ac-
nſeri: nam etiam propter jus illud quiſ-
ıis aream illam tenet, rex mercatorum
em fundavit in domo nobili S. Ovanii
d Dionyſianum (quæ palatium Clichia-
um olim dicebatur) menſe Octobri M-
CCLII, quam domum donavit omnibus
ublicatis bonis & ſportulis futuris; adie-
itq; ſtellam, ut figuram S. Virginis, quam
li Equites geſtarēt. Stephanus Flavignius
ı decreto facto x Februarii MCCCLXXXIV
icitur Eques honorarius Regis, quæ (ut
odie aſſeclarum puerorumq;) certa fuit
rærogativa : & Reginæ qoque hodier-
o die Equitem habent honorarium..

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

Secunda familia Andium quæ regnum Siciliæ tenuit, Ioanne Ioviano teſte, ſignum ordinis equeſtris in brachio habuit, creſcentem lunam argenteam. Hi Equites ſocii eſſe omnis fortunæ periculorumque inter ſe tenebantur, amici certi, adjutoreſque in omnem neceſſitatem, neque armis poterat alter alterum infeſtare. Ludovvicus Francus Dux Aurelianenſis, frater Caroli VI Regis, inſigne ſui ordinis habuit hyſtricem. Bonus Dux Philippus Burgundiæ anno MCCCCXXIX, primum inſtituit ordinem velleris aurei, quem ſervavit Carolus V Cæſar & filius ejus Hiſpaniarum Rex. Enguerrandus Moſtreletus narrat, Ducem Burgundiæ Novembri MCCCCXL, ordinis ſui ſignum Carolo Aurelianenſi ex Anglia reverſo tradidiſſe (ubi captivus fuerat per annos viginti quinque) cum Mariam Clivenſem Ducis Burgundiæ matrem duxiſſet recens; & viciſſim Aurelianenſem monile ſui ordinis, ubi erat hyſtrix, illius collo indidiſſe. Ludovvicus XI Rex ordinem inſtituit S. Michaëlis, qui adhuc in Gallia durat, à ſtirpe Aurelianenſi (quæ regnum percepit) conſervatus: cujus inſtitutio & leges mandatæ ſunt typis. In iis autem legibus habetur una, ut ſinguli Equites quotidie miſſam audiant: quo nomine junior Dux Saxoniæ confeſſio-
nem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

nem Auguſtanam amplexus, ordinem ſibi ab Henrico II Rege oblatum recuſavit, & laudata eſt ipſius excuſatio. Maximam ſuo ordini exiſtimationem compararunt Reges Galliæ, quod Principibus tantum aut viris rei militaris peritia celeberrimis, ac non omnibus eum communem eſſe voluerunt. Ferebatur apud Chriſtianos omnes Ducis Bayardi nomen diu antequam ordinem obtineret, id eſt, ante annum MDXXI, poſtquam Mezerias ab exercitu Caroli V Imperatoris electi conſervaſſet. Scribit Demoſthenes, quamdiu Athenienſes civitatem ſuam beneficiis omnibus prætulerunt, fuiſſe in pretio maximo ipſorum Rempublicam; ſed novis facile acceptis in contemptum abiiſſe. Cum Reges Galliæ, filii, aut fratres fiebant Equites, ſolennitates plurimæ obſervabantur; ubi Reges inſidebant coronati, & publicum omnibus epulum exhibebant. Ante hos ordines inſtitutos, docet Ionvillanus in S. Ludovvici vita, Regem illum, cum Alphonſus frater Pictonum Comes, & Druidenſis Comes equeſtrem ordinem acciperent, ſolenne epulum habuiſſe Salmurii, tam magnifico apparatu quam videri unquam potuerit, rebus omnibus opibuſque circumfluentibus. Atque hæc una eſt ex cauſis quatuor, quibus pro con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

ſuetudine ſubditis regalis dominii vaſſal-liſque indicitur penſitatio: ex quo appa-ret fuiſſe in ſolennitate hac ſumptus ali-quos ex uſu &conſuetudine. Priſci autem Franci (qui formulas & ceremonias in rebus plurimis obſervabant, ut lex Salica teſtatur) inſtituendis Equitibus multas adhibuerunt, ut prius vigilarent diu, bal-neiſque & aliis rebus uterentur: quibus docebant, qui ordinem hunc ſuſcipiunt, eos corde animoque mundo & honeſtis conditionibus venire oportere, virtutis cauſa omnes labores & difficultates ſtre-nue perferre, prudentia in ſermone & o-peribus uti, inprimis vero fidem verita-temque colere: quarum ceremoniarum uſus memoria noſtra perſtat in Anglia, qui viros ejuſmodi vocant balneorum Equites. In decreto Iacobi & Guilhelmi Iuſti ſexto Auguſti MCCCLXXVI dicitur ar-miger, cum Equeſtrem ordinem ſuſcipit in Burgundia, ſigillum mutare. In literis obligationis Hugonis Comitis S. Pauli, Guidonis, & Iacobi fratrum, quæ Philip-po Pulchro Rege conſcriptæ ſunt in A-prili MCCLXXXIX, de comparato agro A-venati in Hannonia, ſpondent illi fide ſuorum corporum, ut fideles Equites. In literis quoque Ioannis Grellii modera-toris Bucenſis bello capti, quibus ſpon-debat Septembri MCCCLXIV, regi Carolo V ſe in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

ſe in vinculis manſurum, voluit ſi contra veniret haberi pro falſo, improbo, perfidoq; Equite; & ad ſignum ejus rei ſtemma ſuum inverti ſurſum deorſum, atque ita apud omnes judices reum peragi. Ioannes Dux Britanniæ, inita cum Rege Carolo VI pace XV Ianuarii MCCCLXXX, juravit XVI Aprilis ſequentis ſe conventiones eas obſervaturum; mandavitque Percevallum Chabotum Equitem (qui propterea in vincula fuerat conjectus quod decreto cuidam reſtitiſſet) ſolvi ex vinculis, modo daret fidem ſe decreto illi pariturum Equeſtri fide. Hæc fuit exiſtimatio: hæc Gallorum Equitum fides, quam Cicero appellat omnis juſtitiæ fundamentum. Antequam ordines Equitum à Rege Carolo VII fuiſſent in regno diſpoſiti, duo erant Equitum genera: vexillarius, qui vaſſallos ſuos habebat elato vexillo; & baccalaureus, qui ſub alieno vexillo procedebat. In decreto Ioannis Ponthiüani facto XXIII Februarii MCCCLXXXV, Thoarienſis Vicecomes ſummus & primus Comitis Pictonum vaſſallus dicitur, triginta duo vexilla habens in ductu ſuo. In decreto facto tertio Iunii MCCCC Comes Vallenſis contendit, Rodolphum Comequanum vexillarium ſolummodo, ac non Baronem eſſe, extuliſſe vexillum quod ludibrio fuerit, eumque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

fuiſſe dictum Equitem quadrati vexilli: Comequanum vero ſe aſſeruiſſe Baronem, qui vaſſallos fere quinquaginta, & proventum magnum habuerit. Statuit conſilium ſtrictum Caroli VI Regis, comitatum Iſabellæ filiæ Regis, in Angliam profecturæ ut nuberet Richardo II Regi, fore duorum Equitum vexillariorum, & quinque baccalaureorum, ut miniſtrarent ei: itaque delegati ſunt Almontenſis & Garenſerianus vexillarii; & Reginaldus Ioanneſque Triani, Galoſius Annonius, Carolus Chambellius, & dominus S. Clari, baccalaurei. Vexillarius in bello, eques duplaris erat ad armigerum. In ſponſione clientelæ quam Philippo Valeſio fecit Godefridus Comes Lemovicum Septembri menſe MCCCXXXVII ducentenis libris proventus ad vitam ex ærario Regis & quinquaginta libris ſemel numerandis, promittit ſe miniſtraturum Regi cum ducentis viginti equitibus ordinario ſtipendio vicenûm ſolidorum in vexillarium, denûm in Equitem, quinûm in hippocomum diebus ſingulis: cujuſmodi ſponſiones in chartophylacio exſtant innumeræ. Sigiſmundus Cæſar in Martio MCCCCXV Parlamentum habuit, & liti præfuit inter Dominum Peſtellanum & Signellum agitatæ, de officio Seneſchalli Belcarien-
ſis;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

ſis: Signellus autem fuerat ipſi commendatus. Cum itaque audiret ab adverſario objici Signellum non eſſe Equitem, eum advocavit dicens ſui juris eſſe ut faciat Equitem: ita arrepto unius è ſuis nobilibus gladio, ter Signelli in genua procidentis dorſum percuſſiſſe, deinde ademptum unum ex aureis calcaribus ſuis illi induiſſe, ac poſtremo zonam accinxiſſe cui magnus culter pro gladio appendebat. Hoc autem facto nihil contra majeſtatem aut jus Regis tentatum eſt, quia ex jureconſultorum ſententia Equites ubique, & in Imperio, & in alieno dominatu inſtitui poſſunt. Fiebant olim Equites ante irruptiones & prælia: quæ conſuetudo ideo obtinebat, quod eos hac re animatos officium magis facturos cogitarent, & ſi morerentur equeſtrem honorem habituros. Froiſſardus riduculam hiſtoriam narrat, in caſtris Philippi Valeſii ac Edoardi III Regis Angliæ factam, cum prope eſſet ut die condicto dimicarent inter Virolii foſſam & Flammengueriam. Lepus ante caſtra Gallorum excurrens tantum barritum excitavit, ut poſtremi audientes & pugnæ initium eſſe cogitantes, ſeſe ad arma compararent: quidam hippocomi optime animati equeſtrem ordinem poſtularunt; cumque non dimicaſſent exercitus, ſed

rebus infectis Rex Edoardus diſceſſiſſet, hi ſemper ex eo tempore Equites leporis ſunt appellati. Equeſtris dignitas juſtam nobilitatem à patre arguit. Quod ad ſervitutem, in quæſtionibus à Parlamento habitis MCCLXIX, judicatum eſt, Laurentium, qui cubicularius Rohanenſis dicebatur, nobilem à patre ac non à matre, Equitem eſſe poſſe. Similiter aliis quæſtionibus ineunte Novembri MCCLXXXV, iudicium factum de Hugone Querneo. Hoc vero ita accipiendum eſt, ſi mater eſt libera: nam ſi ſerva fuerit aut nexa, etiam ex patre nobili ſervi erunt filii: in ſervum autem non cadit Equeſtris dignitas. Philippus tamen Belmanorianus præfectus Claromontanus apud Bellovacos in ſuo (ut vocant) conſuetudinario compoſito MCCLXXXIII narrat filium nobilis cuiuſdam & ſervæ fuiſſe Equitem ab eo factum cuius erat ſerva: retecta vero ſervili conditione eius, voluiſſe filium in ſervitutem aſſerere, dicendo eum à ſe cum ſervitutem ignoraret, Equitem fuiſſe factum; ſed favore libertatis liberum illum ac Equitem permanſiſſe, quia Equeſtris ordo à ſervitute vindicat. Si alius quam dominus feciſſet equitem, ordo cum libertate filio periiſſet, quia non fuiſſet penes eum qui inſtituiſſet Equitem, facultas à ſervitute vindicandi. No-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

bilitas à matre ſola ſine beneficio Principis non facit Equitem: nam moris eſt, ſi quis patre & matre ignobili natus eſt, eum à Rege, cum Equeſtri ordini accenſetur, fieri nobilem. Quamobrem nolunt multi ab uno parentum nobilitatem ſibi aſſumere, ne ludibrio ſint; ſed Equites fieri à Rege curant. Literæ Equeſtris ordinis nobilitatem confirmant, & ab ignobilitate vindicant. Quod ſi quis præter Regem, penes quem ius eſſe non poſſit nobilitatis conferendæ, ex ignobili Equitem fecerit, uterque culpam præſtat. Philippus Borbonius (qui ex loco ubi natus eſt, aut parens ipſius, cognomen habuit) ignobilis duos habuit filios, quorum uni Equeſtrem ordinem Comes Flandriæ, alteri Nivernenſis Flandri filius contulerunt: itaque mulcta Comitibus irrogata eſt decretis factis ineunte Novembri MCCLXIX, & ſub Pentecoſten MCCLXXX, & fratres mulcta librarum mille in Regem damnati quiſque, decreto facto ſub medium Novembrem MCCLXXXI, etſi beneficio Regis Equeſtrem ordinem tenuerunt. Hæc iis locis obtinent, ubi non adverſatur conſuetudo: nam Belcarii & in Provincia non exorata à Rege venia cives in ordinem Equeſtrem cooptari, & Antiſtites in Baronum nobiliumque album referri poſſunt.

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

De magnis eleemoſynariis & confeſſariis.

DOmeſticis conſtitutionibus Philippi tertii, Pulchri & Longi Regum magnus eleemoſynarius confeſſionariuſque Regis habuerunt quiſque in Regis prætorio cubiculum: quo in prætorio quatuor tantum habebantur habitationes, præter eas quibus majeſtas regia utebatur. In cauſa hujus habitationis fuit, quod Regibus interdiu & noctu placuit adeſſe maxime proxime eos qui animis ipſorum propter repentinos caſus miniſtrarent: quamobrem duo hæc officia pro muneris ratione ſummo in pretio olim habebantur, cum ejus bene perfuncti utilitas tam ad Rempublicam ex eo quam ex alio ullo perveniret. Iurabat magnus eleemoſynarius ſe nihil niſi juſtum, miſericors, & ſine fumo petiturum à Rege: ut habetur in edicto Philippi Pulchri Regis facto in Vincennarum ſaltu, deſinente Ianuario MCCXC. Edicto Philippi Longi facto Biturigibus X Novembris MCCCXVIII, proceribus ſingulis interdicitur ne Regem, dum miſſam audit, interpellent, præterquam confeſſario; qui cum Rege de iis rebus ſolum poteſt agere quæ ad conſcientiam & ſalutem animæ pertinent, abſoluta miſſa, ante-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

antequam Rex diſcedat ab oratorio ſuo, de beneficiis in alios conferendis, ac non de altero argumento: ſimiliterque magnus eleemoſynarius poſt miſſam in oratorio de eleemoſynis Regem compellandi jus habet, quia Rex miſſæ tempore in orationem & meditationem cœleſtem incumbit. Altero edicto Philippi Longi rectoris facto ad S. Germanum Layanum Iunio MCCCXVI, dicitur confeſſarius jus habere imperandi ut codicilli beneficiorum exarentur; ſimiliterque eleemoſynarum codicilli eleemoſynarius, ut poſtea ſubſcripti obſignentur. Exſtant contentiones multæ de cognitione & juriſdictione quam ex officio eleemoſynarius ſibi arrogabat in valetudinaria & ptochia regni, maxime vero quæ Reges inſtituerant, propter adminiſtrationem, reformationem, & viſitationem eorum: judicium enim de litibus ex donativis ejuſmodi exorientibus aliis commiſit, neque de iis contendit. Anno MCCCCXI, XVI Aprilis XIX Ianuarii, & aliis compluribus, itemque MCCCCLV, IX Februarii, in Parlamento dictum eſt clericorum quidem beneficia Epiſcopis eſſe obnoxia; quæ autem à laicis adminiſtrabantur, magno eleemoſynario. De his poſtea conſtituit edictis Rex Franciſcus I XIX Decembris MDXXXXIII, XIX Maii &
XIX

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

XXIX Ianuarii MDXLIV, & XV Ianuarii MDXLV; quæ hîc ſatis eſt indicaſſe. Ex iudicio Coſmi Cortillerii IV Aprilis MCCCLXXV apparet Regis eſſe aut magni eleemoſynarii, ut adminiſtros rationum inſtituat, deponatq; in collegio Mignonio Pariſienſi: qui autem in Navarreno ſunt, ad cognitionem pertinent confeſſarii.

De præfecto prætorio Regis.

IN domeſticis Regum conſtitutionibus, quos proximo capite nominavimus, fit mentio regis Ribaldorum, officii domeſtici, quem ſemper oportebat ſtare extra portam prætorii; nominatim vero in edicto Philippi Longi facto Lorriſii Gaſtinenſi agro, die Iovis XVII NOV. MCCCXVII: ſic autem appellatur, quia iam tum homines perditi Ribaldi, ut Ribaldæ mulieres puellæque perditæ vocabantur. Regis nomen ſuperiori aut iudici tribuitur: quemadmodũ magnus cubicularius rex mercatorum dicitur, & baliſtariis aliiſq; ſui ſunt reges. Iſtius regis officium fuit ut de criminibus in comitatu Regis extra prætorium commiſſis iudicium faceret: nam quæ intus fiebant, de iis proceres & alii magiſtri prętorii cognoſcebant. Huic regi ſervi aut adminiſtri erant ad vires & functionem iuſtam, quibus non erat ius ferendi virgas in prętotio & iuriſdictione

eorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

eorum qui præerant libellis ſupplicibus prætorii: hi enim ſedebant olim ad portam prætorii ut poſtulata & querimonias exterorum audirent, quemadmodum ſuo capite demonſtrabimus. Atque hæc de adminiſtris Regis Ribaldorum narrantur in cauſa Ioannis Ianneti acta XVI Martii MCCCCIV. Quod autem in decreto Pentecoſtes MCCLXX ſcribitur Poincartus præfectus Ribaldorum, hoc de vicario intellipendum eſt Ribaldorum Regis: nam poſt multos annos XXII Februarii MCCCLXXXIII, in decreto ſecundo Ioannis qui Pulcher Ioannes dicebatur, primus in hoc officio eſſe Rex Ribaldorum dicitur, qui poſtea mutato nomine, regnante Carolo VI, præfectus prætorio Regis legitur appellatus. Hujus ſubſunt juriſdictioni puellæ meritoriæ ſequentes aulam, quæ toto menſe Maio tenentur cubiculum ipſius inſtruere. Hujus adminiſtri tunicas geſtant Phrygionicas, inſignitas gladio. Hanc dignitatem diu obtinuerunt nobiles viri inſignibus familiis & officiis celebres; quorum auctoritas familias Principum, Procerum, & aliorum Regis aulam perſequentium continebat, ut vitam bene inſtituerent, ac non fraudarent hoſpites: quam ad rem viri boni etſi ſtudium & diligentiam maximam in puniendis improbis

probis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

probis & licentioſis hominibus conſumpſerunt, non potuerunt tamen aut ita ſunt auſi proſpicere, ut faciebant illi: nam corrupti mores graviorem remediis adhibendis auctoritatem quam antea poſtularunt. A ſententiis præfecti hujus in civilibus cauſis ad Parlamentum appellatur, ut ex ordinariis illius ſcripturis apparet factis XXI Aprilis & XXIX Decembris MCCCCLXXXVI, ultimo Iulii MCCCCLXXXIX, XX Auguſti MCCCCLXXXXIV, XI Aprilis MDXI, & aliis quamplurimis.

De officiis domeſticis Regũ, Reginarumq́ʒ, item filiorum & filiarum ipſorum.

AC alia quidem officia juridica & quæ ad rationes pertinent Regem proſequentia, commodius cum Parlamentis rationumque Cameris conſcribentur: quamobrem ſupereſt ut librum hunc generali capite de officiis domeſticis Regum Reginarumque, & liberorum qui ex ipſis orti ſunt, concludamus. Eſt autem domeſticus, qui in numerum domeſticorum ad domeſticum uſum relatus eſt, alias commenſalis dictus, quia alimentum in aula habebant ipſi & veſtem convenientem, ſed parvis ſtipendiis: non autem ut ab Imperatoribus Græcis narrat Procopius domeſticos fuiſſe dictos

qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

qui in negotia incumbebant, conſilio-rum arcanorum participes. Iſocrates Nicoclem Regem docens jubet eum quęſtionem ſollicite habere de domeſticis, ac cum animo ſuo ſtatuere, quales fuerint illi, talem habitum ipſum iri: proverbium autem, Qualis Dominus, talis ſervus, principibus non ſemper convenit. Dion de principum conditione agens oſtendit, etſi non poſſunt illi facta ſua celare domeſticos, ægre tamen fieri ut domeſticorum facta ab ipſis cognoſcantur: quod maxime uſu venit corruptis temporibus, quæ fere occultandis vitiis (quamvis irrepat diſcordia) ſolent connivere, quia metuunt ſinguli ne malorum cognitio reformationem afferat. Quinetiam ſæpe Principi bono ſunt adminiſtri mali: quemadmodum Rex Aſſuerus Artaxerxes fatetur ſimplices aures Principum eſſe, eoſque dum alios ſibi ſimiles putant ab officiis decipi, Principum ſuorum bonitate & auctoritate ſibi commiſſa abutentibus. Nam & veteribus hiſtoriis & quotidianis eventis notum eſt bona ſæpenumero Principum ſtudia malis conſiliis non averti ſolum, ſed etiam perverti. Quapropter jam olim Reges noſtri, ut domeſtica officia ſua in virtute alerent continerentque, duo proſpexerunt: unum eſt, quod vi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

dentes in viros animoſos plus honoris poſſe quam opum remunerationem, edicto mandaverunt ut ipſis in tota ditione ſua honor haberetur. Hoc edixerunt Cæſares Carolus Magnus & Ludovvicus Pius, ut ex Anſigiſi Abbatis capitibus conſtat: idem repetiit Carolus Calvus XXV Iunii milleſimi trecenteſimi ſexageſimi quarti conventu Piſis habito, ubi officia Reginæ uxoris cum ſuis conjungens mandat omnibus ſuis Comitibus, ſi in honore apud ſe haberi cupiunt, ut domeſtica officia honore proſequantur, ſicut moris fuerat anteceſſorum temporibus. Alterum fuit, quod cum animadverterent avaritiam radicem eſſe malorum omnium, & avaro (ut ait Eccleſiaſticus) venalem animam eſſe; & ſimul judicarent ſatis ſpectatos fore officiales rebus geſtis, ſi gratiam ſuam non venderent; lege interdixerunt ne quod munus acciperent, ut beneficium à Regibus cuiquam exorarent: cui hæc ratio adhibetur, velle Reges benefacere merentibus, non redimentibus. Hæc lex in capite Leoviſti Diaconi Moguntini exſtat ſcriptis Anſigiſi addita. Imperator Alexander ſupplicium appoſitum contra Vetronium Turinum reum iſtius criminis excogitans juſſit eum ſuffocari fumo, geſtantem proclamationem adjudicati

ſup-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

ſupplicii, Fumo pereat qui fumum vendidit. Interea antiquus ordo quo principes viri ac fœminæ proſperati ſunt, effecit ut officiales ipſorum ad omnia officia eſſent ſtudioſiſſimi & paratiſſimi; ſimiliterque Principes ad prꝺſtandam ipſis amicitiam, ex documento Eccleſiaſtici dicentis domino, Dilige bonum ſervum ut animam tuam, & tracta eum ut fratrem tuum: quæ comparatio non dignitatis aut æqualitatis eſt, ſed voluntatis & ſtudii. Quod Principes bonos adminiſtros ſuos abſentes, præſentes, vivos, ac mortuos amore proſequuti ſunt, ſufficiendo in eorum locum aut liberos aut neceſſarios, ſi qui idonei eſſe videbantur; id alios tantopere affecit, ut non ſolum facultates poſthabuerint; ſed vitam ſuam pro honore & miniſterio ſuorum Principum expoſuerint, & rebus tenuibus acquieverint, neque ab expeditionibus itineribuſque ſibi metuerint: adeo certiores facti videbantur de remuneratione ſibi aut ſuis obventura. Contra vero ſi quando animadverterunt per abſentiam, mortem, aut gratiam fieri, ut fidelia quorundam officia ex memoria exciderent, aliis in opes incumbentibus, permulti omnibus modis dederunt operam ut quam celerrime ſibi conſulerent, metuentes ut tempus ſibi effugeret:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

itaque bona officia neglecta ſunt. Nominantur adhuc memoria noſtra domus Ludovvici Regis, Annæ Reginæ, atque Borbonia, in qua Molinnis eſt inſtitutum ptochotrophium, pro tenuibus officialibus exhauſtis ſenio aut aliter preſſis, qui impotes fuerint miniſtrandi. Demoſthenes auctor eſt quo magis res privatæ eorum qui publicas functiones habent augentur, eo magis Rempublicam minui: ſi res privata non avertit publicam, æquiſſimum eſt ut res eorum privata qui publicam adjuvant, augeatur, & incrementi fiant participes. Propterea Perdiccas (Plutarcho teſte) cui Alexander Magnus ad Aſiaticam expeditionem ſe ipſum comparans attribuerat de proventu Macedoniæ, cum Alexandrum dicentem audiviſſet nihil velle ſe aliud retinere quam ſpem ſui conſilii, dono renuntians dixit ſe quoque velle fieri illius ſpei participem: cujus exemplo alii permulti fecerunt conſimiliter; quod melius omnibus cecidit. Hæc enim ratio eſt qua amplificantur principes & ſervi: res enim comparantur melius, & partæ conſervantur ex malo hoſtium: alioqui non poteſt comparari quicquam ſine popularium damno, qui una cum neceſſariis indignabundi ab officio ſuo refrigeſcunt: niſi forte Principes matrimo-

nĭis ultro junctis providerint, quæ multos in gratia Principum verſantes auxerunt affinitate & bonis; atque hinc ſatis magnæ familiæ profectæ ſunt, quæ adhuc ſine invidia & probro permanent. Rex Ludovvicus XI qui levibus cauſis officia ſua mutaverat, cum vitæ exitum ſibi inſtare cognoſceret, ductus pœnitentia XXI Septembris MCCCCLXXXII, inter cætera Delphinum filium, id eſt Carolum VIII Regem, confeſſus culpam ad inſtitutionem ipſius, monuit ut continuaret officia domeſtica: quod ubi filius jurejurando confirmaſſet, Rex ad Parlamentum ſcripturam rei promiſſæ & juramento confirmatæ miſit, ubi in acta relata eſt. Vt vero alias cauſas mittam, hæc una Reges, Reginas, filios eorum, filiaſque inprimis debet adducere, ut domos ſuas viris honore ac virtute præſtantibus inſtructas habeant, quemadmodum Antiſtites & Archiepiſcopi Remenſis, Senonenſis, Turonenſis, & Rotomagenſis Lutetiæ congregati VIII Iunii DCCCXXVII, Ludovvico Pio & Lotario filio Imperatoribus reſcripſerunt: nempe ut familiæ ipſorum dignæ omnibus habeantur quæ ſpectentur & imitationi ſint, ut juſtæ ipſorum exiſtimationis fama & populares & exteros omnes perfundat copioſiſſime, ut in ipſis diſſen-

ſiones diſſidiaque omnia componantur, ut nullum malum ſuperiori auctoritate confirmatum in iis comperiatur, ſed tempeſtive corrigatur. Fieri enim non poteſt ut malum quod pervadit regnum curetur, ſive diviſio, ſive factio, ſive aliud vitium, cum fertur in familia Regis; quam nemo dubitat eſſe veluti fontem bonorum malorumque in regnum exundantium. Quapropter inprimis eſt neceſſarium ut Regis domus munda honeſtaque conſervetur: nam ſi qua virtutis monimenta in ea Rex conſtituerit, ea totum regnum proſequetur; ut è contrario præceps in vitia fertur exemplo regiæ. Si tantum officiorum honorumque ratio ſine ambitione & turpi lucro animos aulicorum inceſſeret, minus contentionum oriretur: ſed cum adminiſtri ſeipſos dominis offerunt ad conciliandas opes, tum nihil niſi bonum publicum in ore habent: quod malum tum fere accidit, cum Princeps aut minor annis aut alia ratione infirmus eſt. In prima conſtitutione domeſticorum Franciſci I Regis leguntur fuiſſe ex familiis amplis adminiſtri. Comes Rupis focaldinæ erat maximus artocopus: hujus frater Barbeziorum Dominus, itemque Domini Gyæus, Claromontanus Allobrogum, Palicianus, Piennas, & La-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

[N]avedanenſis Vicecomes erant à pocu-[li]s: Claromontanus, Lodevanus, & [M]ontepeſatinus, menſales adminiſtri: [B]aſilacenſis, Pantatenus, & Grozæus, [m]etatores: denique alii ex antiquis & [p]otentibus familiis ſibi ducebant hono-[r]i, cum Regi & aulæ ipſius exiguis ſti-[p]endiis miniſtrabant conditione magni-[f]ica, ſi pax erat; cum autem advenie-[b]at bellum, prætorianum ſignum or-[n]abant atque confirmabant. Nam pro-[f]ecto in Regum Reginarumque miniſte-[r]iis nullus locus pro parvo habendus eſt: ſunt enim munera Eccleſiaſticis, ſunt nobilibus, ſunt popularibus convenientia, ut tribus ſtatibus honor conferri & ſatisfieri poſſit, electis ad ſua officia viris nobilibus. Fuerunt etiam ſemper ex nobilibus aliquot tenues, honeſto puerorum educandorum ſtudio cum principibus enutriti: quæ gratia tamen ditiores potentioreſq; minime dejicit, cum officia facta ab iis aliter compenſentur. Cum ii qui gratia plurimum potuerunt, ſervis ſuis procurarunt officia ejuſmodi; tum ea dedignata eſt dives nobilitas quæ ante in pretio habuerat. Hæc enim ita æſtimantur, ut Principes cauſam æſtimandi præbent: quæ ſi magni fiunt, ad Principes redit utilitas: auget enim fere minuitque officia hæc munerationeſque æſtimatio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

In muneribus autem quæ Eccleſiaſticis &popularibus tribuuntur, magis aptitudo & probitas inculpata, quam familiæ ex qua orti ſunt ſpectatur amplitudo. Ex priſco ordine domeſticis officiis præeſt caput, de quo ſuperiore capite diximus: eorumque ſi bene deligantur, regimen non eſt difficile. Sed ante omnia cavendum eſt ne venalia ſint officia: hæc enim janua eſt qua patefit hominibus indigniſſimis ad honores aditus. Domeſticorum privilegia à nobis jam ſubjicientur velut in apographen ſive indicem relata, ut quibus opus erit, ii commode uti poſſint. Quinque bullæ Clementis VI Papæ datæ duodecimo calendas Maii, anno Pontificatus IX MCCCX, quæ habentur in chartophylacio Regis camerata arca, cui intus inſcribitur, *Bullæ Papales quamplurimæ*. Harum prima diſpenſatio eſt, capellanos & clericos commenſales Regum Reginarumque Galliæ, etiam religioſos, officium dicere & celebrare poſſe ex uſu Pariſienſi; nec teneri aliter dicere, niſi diebus multis reſederint in loco ſui beneficii qui uſum alterum habeat. Secunda eſt, clericos capellanoſq; ſacellorum Regum Reginarumque, & alios domeſticos ac familiares clericos non teneri, niſi videatur ipſis, delegaiones ex delegatione & mandato ſedis Romanæ acci-

perę

pere. Tertia, non poſſe capellanos & clericos Regum Reginarumve propter communicationem aut participationem aliquam cum excommunicatis vel immorigeris graviore excommunicatione aut interdictis puniri, niſi criminis ipſius ſint participes propter quod ſontes fuerint excommunicati. Quarta, capellanos & clericos Regum Reginarumque agentes in eorum miniſterio, poſſe magnos fructus ſuorum beneficiorum percipere, & diſpenſari dum in hoc miniſterio ſunt, ne in beneficii locis reſideant: quę bulla habetur quoq; in Parlamento, ſcriptura veterum ordinationum, folio 60. Quinta exequutoria, capellanos & clericos Regum Reginarumque magnis beneficiorum ſuorum fructibus uti, quamvis in priore loco non reſideant ubi ſolebant reſidere. Duæ Bullæ Ioannis XXII Papæ, anno duodecimo Pontificatus ipſius datæ, in chartophylacio, loculo 194, ſcriptura 43, litera 13, narrantes & confirmantes privilegia à Papis Alexandro IV, Martino IV, & Gregorio X conceſſa: Eccleſiaſticos in miniſterio Regum Galliæ verſantes eodem loco haberi, atque ſi præſentes adeſſent beneficiorum locis, & fructus omnes præterquam diſtributiones quotidianas percipere. Forma mandati Regis Philippi Valeſii, ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

adminiſtri ſui ita fructus magnos percipiant, ut ſi in beneficiorum locis reſiderent: in Parlamento, ſcriptura veterum ordinationum, fol.7. Immunitas à Rege Carolo VI attributa officiis domeſticis Regum maximorumque filiorum Delphinorum, cum approbatione anno MCCCCXI, in chartophylacio, loculo *Subſidia*. Immunitas ab indictionibus ſubſidiariis omnibus, attributa domeſticis Regum officiis de prædiorum ſuorum fructibus, ſcriptura eadem 146. literis 198. 201. & 207. Mandatum Philippi Longi regis, ut tribus adminiſtris ſuis quorum adſunt nomina, reſtituatur quod ab ipſis duorum vectigalium nomine fuerat exactum, factum x Ianuarii MCCCXVII, quod habetur in Parlamento, ſcriptura veterum ordinationum, fol.2. Decretis Parlamenti ſub diem Martini factis MCCCXVIII omnes domeſtici Regis adminiſtri pronuntiantur immunes ab omnibus commeatuum vectigalibus, quos ad neceſſitatem & uſum ſuum apportari curant. Decretum Sylveſtris Cormelienſis, regii eleemoſynarii, factum XI Martii MCCCLXVII, adjudicat domeſticis officiis immunitatem à vectigalibus. In decretis ineunte Novembri factis MCCLXXXVIII ſecundum Ioannem Pompelonenſem judicatum eſt, cùm ſit officialis Regis do-

domeſticus, eum ab omnibus indictionibus & penſitationibus ſolutum eſſe. Decreto Balduini Proyarii magiſtri prætoriani, facto in Parlamento menſe Februario MCCCXI, inſtituitur, ut omnes domeſtici Regis adminiſtri qui reipſa ſerviunt, ab omni penſitatione eximantur. Declaratio Caroli VI Regis, ne quis officialium, niſi vere ad numerum & conſtitutionem illorum pertineat, qui ſtipendia faciunt ad officia ſua accerſiti, fruatur privilegiis, facta XVII Ianuarii MCCCLXXXVI, quæ habetur in Parlamento, ſcriptura veterum ordinationum. fol. 117. Edictum Regis factum III Decembris MCCCVIII, ut qui adminiſtri viginti annos aut amplius miniſtraverint, vacantes à miniſterio ſtipendia tamen habeant: in Parlamento, ſcriptura veterum ordinationum, fol. 223. Privilegium à Rege Carolo VII officialibus ſuis attributum XXIII Septembris MCCCCLX, in chartophylacio, ſcriptura 198. litera 2. Epiſtola Ludovvici Regis XI ad Parlamentum, ut primo loco ſuorum officialium cauſas judicet, niſi contendentium alter ſit ipſius aut Reginæ domeſticus: quo caſu ſe moneri jubet, ut exponat de eo voluntatem ſuam: ſcripta XIV Iunii milleſimi quadringéteſimi ſexageſimi quarti in Parlamento, vol. 1. edictorum Regis,

fol.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

fol.60.Declaratio Franciſci Regis,domeſtica matris ſuæ officia iiſdem atque ſua uti privilegiis; facta penultimo Septembris MDXXV, in Parlamento, volumine 1. edictorum Regis, fol.406. Privilegia ab eodem Rege domeſticis Reginæ Navarrenæ ſororis officialibus irrogata relatis in album domeſticorum Regis x Februarii MDXXXV, in Parlamento, 2. volumine edictorum Regis, fol. 1189. Immunitas ab evocata & ſub evocata militia conceſſa à Rege officialibus Reginæ Navarrenæ relatis in album Regis, quinto Decembris MDXXXXI in Parlamento, volum.3. edictorum Regis, fol.301. Declaratio ejuſdem, officiales domeſticos & commenſales ſuos ab omnibus tributis, indictionibus, penſitationibus, etiamque canone in quinquaginta peditum millia præſtando immunes eſſe, XVIII Martii MDXXXXII, in Parlamento, volum.3.edictorum Regis, fol 393. Declaratio ejuſdem Regis de ſimili immunitate officiis Reginæ domeſticis & commenſalibus attributa 1 Aprilis MDXXXXIII, in Parlamento, volum. 3.edictorum Regis, fol. 218. Confirmatio privilegiorum domeſticis officiis & commenſalibus Reginæ Eleonoræ, viduæ ab Henrico II Rege, irrogatorum XX Februarii MDXXXXVIII, in Parlamento, volum.1. edictorum Regis, fol.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

l.198. Confirmatio privilegiorum do-
eſticis Henrici Regis officiis & com-
enſalibus attributorum ſecundo Fe-
uarii milleſimi quingenteſimi quadra-
ſimi octavi, in Parlamento, volum.1.
lictorum Regis, fol.263.& 266.Confir-
atio privilegiorum in domeſtica Regi-
æ officia & commenſalia x Maii MD-
xxxix,in Parlamento, volum.1 edicto-
ım Regis, fol.269. Privilegium dome-
icis officiis & commenſalibus Marga-
tæ Francæ,ſororis Henrici regis,ab ipſo
atum, xi Martii milleſimi quingenteſi-
ıi quadrageſimi noni, in Parlamento,
olum.2. edictorum Regis, folio quin-
uageſimo.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

VINCENTII LVPANI
IN COMMENTARIO;
De
MAGISTRATIBVS
ET PRÆFECTVRIS FRANCORVM

Præfatio,

AD IACOBVM BROLLATVM
Arelatenſem Archiepiſcopum.

QVum forte id quod dabatur otii à gravioribus vel rebus vel ſtudiis, hiſtorię noſtræ cognoſcendæ impendiſſem, ne quid mihi temporis periret à literis (ad quas, guſtata ſemel earum dulcedine, refero me libenter:) ſępenumero miratus ſum quonam Franciæ fato contigerit, ut egregie facta & inſtituta memoriæ hominum exempta ſint, nullumque imperii inſtrumentum extet, præter quaſdam annalium confectiones, eaſq; mendoſas, & poëticis & innumerabilibus fabulis refertas, cum tamen non minus interſit Reipublicæ, nonnullos eſſe qui præclara gerant, quam qui præclare geſta æternis literarum monumentis conſecrata, ad poſteros tranſmittant, ne in patria ipſa peregrinemur, rerum

erum noſtrarum penitus ignari. Quo-um alterum tam ſtudioſe amplexi ſunt najores noſtri, ut nulla prope ſit natio uæ non ad Francos Reges originem re-erat. *Adeo magnum eſt fortibus naſci.* Altero ſemper caruimus, ſcriptorum in-pia dicamne an infantia ? mirumque, x noſtratibus neminem, qui rebus cum ſumma laude vel interfuerunt vel præ-fuerunt, ſui temporis hiſtoriam vel Gal-ice tantum ſcripſiſſe (præter Philippum Cominium) licet ſit ipſorum munus, qui ἐν βασιλικαῖς ἢ δημοσίαις ὑπηρεσίαις verſati ſunt, ut inde hiſtoriæ veri-tas magis eluceſcat : quamvis non igno-rem omni tempore quanto cum pericu-lo veritas dicatur. Tamen hiſtoricum ex fide dicta factaque referre. Nam ...ebit Principes Neronis & Domitia-ni crudelitas & nimia libido : cumque legent Caligulam, facem humani gene-ris: Heliogabalum, ludibrium publicum: Maximinum publicum hoſtem: Buſiri-dem, Phalarim, Scironem Typhonem dictum: è contrario Auguſti fœlicita-tem, & Traiani bonitatem animo repe-tent: Antonioque Pio per tres & viginti annos nullũ bellum fuiſſe : Alexandrum Severum imperium ἀναίματον tranſegiſ-ſe, prætermiſſis aliis bonis: qui adeo pauci

ſunt,

ſunt, ut eorum nomina in uno annulo poſſe inſculpi ſcurra quidam diceret. Denique hos ſibi imitandos proponent, illos angue peius oderint: & ex omnium vitiis & virtutibus ſeſe Princeps ad omnem probitatem, virtutem, vitæ ſplendorem erudiet. quod ſi non virtutis amore, at ſaltem (ut dicebat Alexander Severus) ne apud poſteros ulla in re male audiat: quando (auctore Caligula) Reip. expedit facta quæque poſteris tradi, ut improbi famæ metu talia declinent. Quibus rebus adductus ſum, ut hujuſce ineuntis anni principio tibi legendum proponerem, quod ſparſim de Magiſtratibus & Præfecturis Francorum & legeram, & in ſylvam contuleram, (ut fere ſtudioſus quiſque locos communes ſibi accommodat, veluti aliquod memoriæ promptuarium) apes imitatus, quæ ex variis floribus, iiſque palato minime gratis, mel conficiunt. In quo ſi omnium judicio minime ſatisfecero, immenſi operis eſſe velim intelligant diſſipatæ navis partes colligere, vi ventorum atque ſpurciſſima tempeſtate hinc & illinc diſjectas, & à plus octingentis annis res ſilentio conſepultas repetere: ut apud nos fere præclare geſta & inſtituta ſilentio & temporum injuria in tenebris jacent. Hoc vero quantulumcunque ſit, ita à
me

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

me editum eſt, ut Apelles tabulas propo-
poſuit. quod ſi à nonnullis injuria carpi
intellexero (ut omnia invidiæ patent)
non ita moleſtum erit reprehendi me,
cum τοὺς εὖ ποιοῦντας κακῶς ἀκούειν facile
intelligam: ſi autem jure, dabo operam
ne iterum ad eundem lapidem impin-
gam: quando Hippocratem Medicorum
deum non puduit ſententiam de ſuturis
capitis revocare: paratiſſimuſq; ſum ad
palinodiam, ſicubi humano more lapſus
ſum. Mihi vero conſilium nunquam fuit
ea omnia adferre, quæ infinitis aucto-
rum commentariis traduntur, multa-
que lubens de induſtria prætermiſi, ne
quis diceret plus operæ à me impenſum
in hiſce congerendis, quam prudentiæ &
iudicii in ſeligendis quæ ad rem poſſe fa-
cere viderentur. Vale. Lutetiæ Pariſio-
rum. Calend. Ianuarii MDLI.

ΠΡΟΛΕΓΟ´ΜΕΝΟΝ.

DVces, Comites, Marchiones, Barones, præfectos à Regibus civitatibus & gentibus, & cum eis commodum videretur, dimitti ſolitos, Paulus Æmilius & Beatus Rhenanus memoriæ prodiderunt. deinde moribus receptum eſt, ut quoad vita ſuperſtes eſſet, id honoris haberent, nec, niſi ſceleris convicti, dignitate privarentur:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

ejuſque rei nomine ſeſe Regum beneficiarios profiterentur. Primus vero Hugo Capetus ad conciliandos retinendoſque procerum animos, quorum opera regnum invaſerat, has dignitates prius temporarias, perpetuas fecit. Reliqui porro magiſtratus perpetui & codicillares fuere, licet id ipſis codicillis ſcribi ſoleat à Rege, quoad nobis placuerit; *neque moribus noſtris licet viventis magiſtratum petere, aut ab aliquo geſti magiſtratus rationem repoſcere. quamvis Philippi Pulchri edicto ſancitum ſit, ut tertio quoque anno in Conſiliarios regios inquireretur. Tamen concuſſionum, ſordium, & corruptelæ reis peractis, in aliquot annos, & nonnunquam in perpetuum ſolent magiſtratus adimi. Poſtremo Divi Ludovvici & Caroli V edictis cautum eſt, ne magiſtratus vænirent: ſed viris mandarentur frugi, doctis, & omnibus numeris continentiæ ac prudentiæ ornatiſſimis: eiuſque rei veſtigium ſolum reſtat, cum in Curias cooptandi & Iuridici conceptis verbis à Præſide rogantur, num pecuniis magiſtratum conſequuti ſint. Verum Ludovvici XII edicto, eorum publica facta eſt dinundinatio, ut ſcribit Gaguinus: quod edicto, hoc Principe, eſt prohibitum. Sicque Veſpaſianus & Heliogabalus honores venditare ſolebant: à quibus longe diſſentiebat Aelxander Severus, qui*

honores

honores vendi nunquam paſſus eſt. Neceſſè enim (*dicebat*) ut qui emit, vendat: *Deinde ſubjungebat*: Non patiar mercatores poteſtatum: quos ſi patiar, damnare non poſſim. Erubeſco enim punire illum hominem qui emit & vendidit.

VINCENTII LVPANI

COMMENTARIORVM *De* MAGISTRATIBVS ET PRÆFECTVRIS FRANCORVM

Liber primus.

REGIA MAIESTAS.

FRanci, ſive ab extremis Septentrionalis Oceani populis profecti, ſive à Scythis, aut (ut ipſi contendunt) à Troianis oriundi, in Germania ſedes poſuere ad Rhenum in Tencteris juxta Chamavos, veteres Sicambrorum ſedes, uſque ad Mœnum & Salam fluvios, Cattorum locis aliqua ex parte occupatis, ut commodius Gallos finitimos bellis & incurſionibus quotidianis laceſſerent. qui cum miro deſiderio Galliæ occupandæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

tenerentur, frugum dulcedine & cæli amænitate allecti, Rheni tranſitu ab Aëtio Patritio, imperante Valentiniano III, ſunt prohibiti. tandem Rhenum tranſgreſſi, in Germania inferiori, & Belgica ſuperiori, inferioriſque parte conſedere, poſteaque ſenſim quicquid Galliarum ſupererat, ſuo imperio adjecere: & Francia dicta primum quicquid Meroveus tenuit. Cum vero late propagatis finibus imperii, rebus geſtis & Chriſtianæ pietatis cultu orbem impleviſſent, miſſi oratores ab Anaſtaſio Imperatore, qui Clodoveum, jam Chriſtianam religionem profitentem, Conſulem & Patritium ſalutarent: miſſique alii cum maximis muneribus & Tiberii imagine ad Chilpericum. adeo formidabile jam tum ab initio Imperatoribus Romanis Francicum nomen fuit. Vbi majora pietatis, juſtitiæ, clementiæ monumenta? quæ ſic hominum mentibus & literis impreſſa ſunt, ut ea nulla temporis oblivio delere poſſit. Quamobrem fieri arbitror, ut autoribus Platone & Xenophonte, *quales ſunt Principes tales ſint cives*. Eſt autem regnum Francorum παμβασιλεία, apud eoſque tantum regium nomen valet, ut tanti quæque res ſit, quanti à Regibus ęſtimatur. Solent enim homines ple-

rumque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

umque vitam Principis æmulari. Tanta vero in Reges ſunt obſervantia, quanta poteſt dici maxima: adeo ſacramento Regi dicto Franci religione tenentur. Itaque belli indicendi, pacis firmandæ, vectigalis imperandi, legum ſanciendarum, creandorum magiſtratuum illi jus: & in ſumma, quod libet, licet; & quæ licit, pro legibus habentur: ea tamen moderatione, ut Antigoni exemplo id ſibi tantum licere putet, quod natura honeſtum & per ſe rectum ſit. Populus vero atque adeo proceres tanta veneratione Regem colunt, ut pro ejus dignitate conſervanda non opes tantum; ſed vitam ipſam profundere non dubitent. Itaque non immerito Xenophon boni paſtoris atque Regis exempla confert, non quidem ad contumeliam, ſed ad honoris præſtantiam: quando Plato more Homerico Reges paſtores vocat. Quid enim melius unius principatu, qui idem ſit optimus? At quales fuerint noſtri Principes, tametſi unuſquiſque intelligit, omnibus tamen multo teſtatiſſimum ex iis erit, quæ à me carptim, ſummatimque, & breviter hoc loco dicentur: atque interim ad alia tranſibo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

Delphinus.

POſt explicatam à me Regiæ majeſtatis auctoritatem, brevius fortaſſis quam res tanta dici debeat, prima rerum ſerie ſe offert Delphinus: Regis apud nos hæres proximus & neceſſarius. de cujus origine pauca mihi dicenda ſunt, ſi prius monuero te, in antiquis monumentis, atque ejus epitaphio quod Lutetiæ in Dominicanorum templo adhuc legitur, Dalphinum ſcribi, cum hac inſcriptione Gallica, HVMBARTVS ENNENVS DALPHINVS VIENNENSIS. Cum itaque Vmbartus Delphinatium Princeps (ſic enim eum appellat Paulus Æmilius) ex filii morte quem unicum habebat, dolorem tantum concepiſſet, ut ſæpius cogitarit monaſticam vitam profiteri, adhæc à Sabaudo continuo bello premeretur viribus impar, dum ſuis conſultum vult, omni dominatu Philippo Valeſio ea conditione ceſſit, ut Regis proximus hæres Delphinus vocaretur. ita enim Principes ſuos Delphinates appellabant. Alias cauſas adfert Nicolaus Gillius: nempe Imbertum (nam eum ſic vocat) ſtomachoſo animo erga ſuos hæredes, religionis tamen ſpecie, univerſæ ditionis ſuæ jus quadraginta ſcutatorum millibus Philippo Valeſio vendidiſſe

didiſſe,ea conditione,ut Regis proximus
heres Delphinus diceretur,eiq; quoad vi-
veret quotannis penderentur floreno-
rum decem millia. ipſeq; poſtea Lugduni
in Dominicanorum cœnobio deſtinavit:
tandem Lutetiæ in Dominicanorum
templo ſepultus eſt. Primus hoc Delphini
cognomine cenſus Carolus V. Ante Re-
gum maximi natu filii, vel quibus Re-
gnum hæreditario jure obveniebat, ſuis
nominibus vocabantur. Neq;enim pri-
ſcis illis temporibus tam honorifica fuit
appellationum ratio,ac nunc. Apud An-
glos mos fuit, ut quem Rex ſibi ſucceſſo-
rem optaſſet, Normaniæ Dux diceretur,
dum ea potiebantur Angli,ut tandem ea
à Regibus Francis recepta, VValliæ Dux
vocatus eſt. Atqui apud nos Delphini,
apud Romanos Cæſares dicti ſunt, quaſi
quidam Principum filii, & deſignati au-
guſtæ majeſtatis hæredes, ut auctor eſt
Spartianus in Ælio Vero. hinc Germani
Romanorum Regem Cæſarem appel-
lant. Iidemque Principes dicti juventu-
tis, teſtibus Tacito, Suetonio, & Lam-
pridio: quantaque fuerit Cæſarum di-
gnitas & partes, ſatis explicant Herodia-
nus, Iuſtinianus conſtitutione triceſi-
ma, & Capitolinus. Hoc vero auſpicium
erat futuris Imperatoribus: unde ab
Hiſpanis qui mortuo parente regnum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

adepturi ſunt, Principes appellantur & Infantes Regum filii. Quem morem ſuſpicatur Laurentius Valla à vetuſta Romanorum conſuetudine ſumptum, apud quos (teſte Hieronymo) filii etiam grandes à parentibus infantes vocitabantur. qui mos Francis quoque inolevit. Nam ut Græci παῖδας, ſic noſtrates, filios pueroſque appellant infantes. Denique filii Imperatorum Græcorum Deſpotæ vocabantur: quod uſu apud nos receptum eſt. Dominum enim vocamus Delphinum, digna tanto Principe appellatione, & Græca dictione Græcæ reſpondente μέγαν κύριον. At Regem, detorta voce Græca in Francicam, κύριον. Nam Francis nulla eſt differentia inter C & S in pronuntiatione, quando C præcedit I aut E. Nam ita Cicero pronuntiant, veluti ſi Siſſero ſcriberetur. Græci Imperatores δεσπότας, Latini Dominos vocabant: quo nomine Auguſtus, Tiberius, & Severus vetuerunt ſe appallari. Imperatorũq; conjuges Auguſtæ, Dominæ, δέσποιναι nuncupatæ. Hodie apud Francos, Hiſpanos, Italos, nobis obvios quoſque, ſi nomen non ſuccurrit, Dominos ſalutamus, ut olim veteres ſolebant, teſte Seneca. Longe tamen blandiore ſalutatione utuntur Itali & Hiſpani quam nos. nobis tamen

tamen hoc cum illis commune eſt prçter alia multa, ut Signores ſalutemus quos honore aliquo dignos putamus, quaſi ſeniores. Sic à Chriſtianis Preſbyteri dicti, quod prudentia & ætate cæteris eſſent venerabiliores. quod verbum ad dignitatem potius quam ætatem refertur. Soliti vero ſunt Principes ſecundioribus rebus ſibi majores titulos uſurpare: ut Alexander, qui Dario pulſo & multarum gentium principatu potitus, datis ad ſingulas Græciæ civitates literis, publico totius Græciæ decreto Deus dici poſtulavit: & Domitianus exemplo Caligulæ Dominum & Deum ſe vocari coegit.

Regens Franciæ.

SAtis unicuique compertum & cognitum arbitror, quot & quam huic regno pernicioſos tumultus exciverit grave hoc & invidioſum Rectorum nomen, Principibus viris partim clam tantam potentiam illis invidentibus, cum ſe prçteritos ſentiebant, partim eorum imperium ferre nolentibus. Conſtitui vero cum imperio ſolent in interregno ſedeque regia vacua, aut Rege in longinquam expeditionem proficiſcente, aut captivo, aut puero, aut mente capto. Quod ita à me pluribus explicabitur, ut cum veteribus exemplis nova poſſis conferre.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

ferre. Itaque Chilperico vita functo, adhuc in cunis vagiente Clotario II, Guntranus patruus infantis, tutelam & regni curam Landrico delegavit, ſummoto Childeberto Mediomatricum Rege eam affectante: & Philippus Longus poſt diſceſſum ex hac vita Hutini fratris, Clementia gravida, ventris tutelam & regni adminiſtrationem ſuſcepit: Caroloque Pulchro mortuo, relicta Ioanna uxore ventrem ferente, cum Edoardus Angliæ Rex per legatos regni procurationem poſceret, communi trium ordinum conſenſu Philippus Valeſius Franciæ Rector creatus eſt: idemque in Syriam exercitum parans, vocato Ioanne filio quatuordecim annos nato ad regni gubernacula, primores in ejus verba jurare coegit: multoque ante D. Ludovvicus in Africam trajiciens, Simonem Neellam unum ex primariis aulæ proceribus, & Matthæum Vindocinenſem Duumviros regendo imperio conſtituit. Adhæc Carolus poſt patrem captum in Pictonibus ſummæ rerum præfuit, ipſeque moriens, ne qua rerum novandarum occaſio daretur fratribus, Ludovvicum Andegavenſem, gazophylacem, atque Philippum Burgundum & Borbonium, pueritiæ filii moderatores reliquit. quo deinde eo furoris & inſaniæ propulſo ad Ceno-

mano-

manorum urbem, ut ephebörum nonnullos occiderit, qui ſibi caſſidem & lanceam præferebant, alios vulneribus male mulctarit, donec cædendo feſſus abalienata mente equo decidit: Biturix & Burgundus patrui, regni procuratores facti ſunt. Denique ipſius Caroli edicto regni adminiſtratio Panceltio attributa eſt. Moris quoque eſt, nondum maturo regendo imperio Rege pubere, regendi moleſtum hoc munus Reginæ deferre: ut poſt mortem Ludovvici VIII contigit: tametſi moribus noſtris à regni gubernaculis mulieres arceantur. Legimus tamen apud Plutarchum in tractatu de mulieribus illuſtribus, Celtarum mulieres conſiliis publicis interfuiſſe, in quibus de pace vel bello tractabatur. Et ſi qualis aut controverſia ipſis Celtis cum finitimis populis incidiſſet, ea mulierum judicio permittebatur. Additque Plutarchus has fuiſſe fœderis leges inter Hannibalem per Gallias tranſeuntem & Gallos, ut de injuriis illatis Charthaginienſibus ipſorum magiſtratus cognoſceret: ſi quis vero Celta ab ipſis offenderetur, judicarent Celtarũ mulieres. Sed hæc παρέργως. Rectorũ tanta olim autoritas fuit, ut Caroli nomine patre Ioanne captivo areſta fierent, reſcripta concederentur, edicta

edicta promulgarentur cum hac inſcriptione, *Carolus Regis primogenitus, Franciæ Rector.* prius tamen Regis tantum Legatus dicebatur. Areſta vero ipſa regiis verbis concipiuntur, ſicque Romæ diplomatibus & edictis Prætoriis nomen Imperatoris cum veneratione præſcribebatur. Nomen quidem Domitiani Cæſaris vivo Veſpaſiano patre edictis & epiſtolis præpoſitum refert Tacitus lib.20.

Major domus, & Conneſtabilis.

PErpetuum fuit Regibus inſtitutum, πολύμητιν aliquem ſibi eligere qui rerum uſu & explorata fide facile primum locũ apud eos haberet, ut omni cura ſoluti quieti ſe darent, qualis Magiſter equitum regibus Francis fuit. quod initiũ attulit proli Magni Clodovei noſtrę religionis auctoris, Regibus pręſertim ſeſe ignaviæ & luxuriæ mancipantibus, *ex rebus proſperis ſegnitie orta.* Sic Caliphæ cum ſe ſocordiæ dediſſent, Sultanos inſtituerunt. At Principe dignum, laboribus innutriri, regere, non regi, ſuoque potius quam alieno conſilio regnum adminiſtrare, & (ut aiebat Veſpaſianus) ſtantem eum mori. Non enim ignavia magna impe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

mperia contineri ſolent. Sed ad rem ve-
iamus. Magiſterium equitum non con-
equebantur apud Francos, niſi prima-
iæ auctoritatis viri, & Principi neceſſi-
udine quadam & ſanguinis propinqui-
ate conjuncti : ad quod honoris faſti-
ium qui conſcenderant, Magiſtri aulæ,
el Majores domus vel palatii vocaban-
ur. unde Comiti Palatino nomen eſſe
uidam opinantur : quod tamen Beatus
henanus non probat : nam *Meier* no-
ros in Majorem vertiſſe ſcribit, *Meier*-
ue antiquis ſignificare Præfectum,
uemadmodum in uſu eſſe ait quibuſ-
am nationibus, ceu Saxonibus, Anglis,
Scotis, qui omnes inſulares fuere: mul-
oque maxima pars verborum Franci-
orum à Germanis profluxit. Verum in
anſcurſu non duxi omittendum, à Pro-
opio libro tertio belli Vandalici, cujuſ-
am aulæ Præfecti mentionem fieri,
uem à Romanis Prætorem dici ſcribit.
ed quis ille fuerit magiſtratus, non legi,
t multa ſunt propter ſcriptorum ino-
iam nobis incognita. Nam afflictis Im-
erii Romani rebus paucos ea ætas tulit,
uibus ad ea ſcribenda eruditio & conſi-
um ſuppeteret. Quo fit ut in cogno-
endis noviſſimis Imperii Romani re-
us plus habeamus laboris & minus fru-
us, quam in ſuperioribus ſæculis. De-
mum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

mum Magiſtrorum equitum olim tanta fuit auctoritas, ut pro ſuo arbitrio, Regis tamen nomine, omnia gererent quæ ad totius Regni procurationem pertinerent: Regeſque μεγαλοῤῥοῦντες (nam forte, ut apud Perſas, ſub prætextu majeſtatis ipſi occultabantur) reſponſa gentibus per eos dabant, perpetuoque deliteſcentes, ut Ninus ille, tantum Calendis Maii populo ſpectandos ſe præbebant, ornata coma & promiſſa: quod Regiæ majeſtatis inſigne erat: idque eleganter oſtendit Agathias libro primo belli Gotthici. Subditi vero circumtonſi omnes: quem morem tenuerunt Franci uſque ad Petri Lombardi tempora. Sed hoc à me de induſtria pluribus, ut oſtenderem præter fabularium noſtrarum hiſtoriarum fidem, Francos olim non ſolitos comam ſummittere: tametſi in multis Chronicis legatur Clodii Comati fuiſſe inſtitutum, ut Franci in ſignum libertatis prolixiore capillo uterentur: vel (ut ſcribit Volaterranus) ut à Gallis diſcernerentur. Non ignoro tamen Græcis capillum fuiſſe inſigne libertatis, quia non facile eſt comatis inſervire domeſticis negotiis. Atque pilus nondum renatus indicium erat ſervitutis: quippe
ſervi

ſervi raſo & aperto capite negotia dominorum curabant. Refertque Appianus, in bello Mithridatico Pruſiam Bithyniæ Regem Perſeo Macedonum Rege capto Romam veniſſe toga & calceis indutum, capite raſo & pileato, ſeque Populi Romani libertum profeſſum, à quo Perſei tyrannide erat liberatus. Cæterum Magiſtri equitum fuere primis illis temporibus, Eubroinus, Martellus, Pipinus, quorum maxima fuit apud Reges & gratia & auctoritas: ipſeque Pipinus à Pontifice maximo Rex una & clara omnium voce creatus in ordinem coacto Childerico: eoque pacto Regium nomen à ſtirpe Clodovei ad Pipinum delatum Regum ignavia, & poſtea ab ejus ſobole ablatum: *ita ingeniorum, ut ſtirpium, ſenium quoddam eſt.* Sed ut rem omnem altius repetitam, ſtrictim, diligenter tamen, tibi explicemus, duplex de hujuſce magiſtratus initiis opinio eſt. Prima aſſerentium, Magiſtros aulæ ſive palatii Præfectos, aliquando Principes vel Duces Franciæ, additoque nonnunquam epitheto, Magnos Duces nuncupatos: ſicque Martellum ſalutatum habito totius Franciæ communi concilio, Paulus Æmilius ſcribit (quod tamen majoris honoris cauſa factum putat)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

tat) atque ita multis annis conſequentibus Hugonem Capetum vocitatum, & annales excuſi referunt , & in manuſcripto codice Divi Victoris ad urbem reperi , eoſque poſtea Conneſtabiles dictos , nomine fortaſſis ex Græca aula repetito, & ab Iuſtiniano uſurpato. Vnde Præfectum prætorio, quem ſub Dictatoribus Magiſtrum militum vocabant, labante ſenſim Imperio Romano Magiſtrum ſtabuli dictum apud Pomponium Lætum. Alii longe aliter ſentiunt. Majoremque domus dignitate, auctoritate , gratia apud Reges differre à Conneſtabili volunt , illumque non diſciplinæ tantum militari , ſed rerum ſummæ præfuiſſe: hunc vero initio (quod nomen ipſum indicare affirmant) regio equili præfectum fuiſſe , hodie Archippocomus , & ita Comitem appellatum apud Græcos Cæſares , atque Coneſtabilem ſive Comeſtabilem pro Comite ſtabuli vocatum. Cæterum Coneſtabulatus dignitatem, nomen decuſque ab iis accepiſſe qui hoc magiſtratu fungebantur: Regeſque ipſos Præfectorum aulæ odio atque invidia, mutato nomine, Coneſtabili (quem ea ratione Magiſtrum militum Latine vocare potes) rei militaris primas detuliſſe. Itaque criminum militarium apud eos cognitio & perſe-

cutio

cutio ad eum pertinet; emanſorum, & eorum qui abſque honeſta aut cauſaria miſſione diſceſſerint & ad diem commeatus non venerint, exploratorum, proditorum, transfugarum, deſertorum, prædæ manubiarumque, redemptionum, ſtationis relictæ, denique actionum perſonalium judicio milites inter ſe litigantes audit: cui pro inſigni gladius eſt liliatus, quem ὕπαρχον geſtare ſolitum ex hoc Traiani dicto memorabili colligitur, ut Dion & Suidas referunt. En (inquit ille) accipe gladium, & ſi recte imperavero, pro me; ſin ſecus, in me utere. ὕπαρχον vero hoc loco G. Budæus præfectum prætorii interpretatur. Eumquoque morem in creando Magiſtro Equitum retinent Reges Franci, à quibus conceptis verbis ipſe Magiſter Equitum gladio accingitur. Cæterum magnus domeſticus Imperatoribus Græcis enſem præferebat: quæ erat ſuprema dignitas poſt Imperatorem. quo honore functum legimus Cantacuzenum imperante Andronico juniore. Hujus porro equitum Magiſterii inviſum & odioſum nomen Regibus, memoriæ proditum eſt, Ludovicum XI lege lata ſuſtuliſſe: qua cavebatur, ne in poſterum ullus Magiſter equitum diceretur. Verum inſtituto ve-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

tere Francorum renovato, Ioannes Borbonii Dux Magiſter equitum creatus Rege Carolo VIII. quo etiam honore Franciſcus Rex Carolum Borbonium ornari voluit: poſt cujus ad Cæſarem defectionem ab ipſo Rege creatus Magiſter equitum Annas Mommorancius. Romanis vero erat Magiſter equitum: cujus (teſte Varrone) ſumma poteſtas fuit in equites, & accenſos; & inſtar Magiſtri equitum Præfectus prætorio ab Imperatoribus Romanis electus: treſque primum imperante Commodo Præfecti prętorio creati. Verum Magiſtri equitum & Præfecti prætorio diſtincta fuere officia. Itaque non video Præfectum prætorio cum Archiœconomo conferri poſſe (Magnum magiſtrum appellant) cum dignitate, mea quidem ſententia, ſint impares. Nam ille ſecundam poteſtatem habebat militaris diſciplinæ poſt Imperatorem, auctoribus Aurelio Iuriſconſulto & Tacito; & apud nos quoque eſt Principis ſemper Legatus in re militari: qualis Burrus Neroni fuit. verum poſtea ejus auctoritas aucta erga forenſes cauſas. Ego tamen rem totam uniuſcujuſque arbitrio relinquo qui rem diligentius perpenderit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

Pares Franciæ.

CArolus ille, qui ob rerum à ſe geſtarum gloriam Magni cognomen habuit, confecto bello Saxonico quod tricennale fuit, in Hiſpaniam magna collecta manu profecturus, ut Saracenos Chriſtianæ fidei perpetuos hoſtes procul ab Hiſpaniæ finibus arceret, quorum vires jam toti orbi formidandas Mathematici Heraclio cecinerant, delectiſſimorum prudentiſſimorumque XII Franciæ procerum ſodalitium inſtituit: qui proxima ſecundũ Regem, ac inter ſe pari (unde nomen habent) dignitate eſſent, in ſummarum rerum diſceptatione, & cum Rex ſimpulo illo Remis ungitur magna ceremonia & frequentiſſimo procerum conventu, adeſſent: quibus ſolis ſacrandi Regis jus eſt, & quaſi in regni poſſeſſionem mittendi. In ipſis enim Remenſibus ſacris Lingonenſis & Bellovacus Epiſcopi Regem ſolio ſublevantes, ſimulant ſe à populo petere, num velit jubeatque eum regnare: ac velut annuente populo à Remenſi Archiepiſcopo concepta ſolemnis & ſanctioris ſacramenti formula, jurejurando obſtringitur, his verbis à Rege prolatis: *hæc tria promitto.* Ex his ſeni dicuntur vulgo Laici, Burgundus, Normanus, Aquitanus, Duces:

Flander, Campanus, Toloſas, Comites. Pontifices, Lingonenſis, Noviodunus, Catalaunus, Bellovacus, Laudunenſis, Remenſis: cujus inungendi Regis ſunt partes. Aquitaniã, Campaniam, Normaniam, poſtremo multo maximam Burgundiæ partem facile Reges Franci ſuo imperio adjecerunt. Flandriam vero poſt captum Franciſcum Regem ad Ticinum, Carolus V Imperator Francorum imperio exemit & provocationibus quæ ad Curiam Pariſienſem deferebantur. quod ut ſanctius haberetur, MDXLIV pacis conditionibus adjecit. Ante ſummum imperium in Flandros penes Reges fuit. Sunt porro qui duodecim Franciæ Primorum originem ad Arturum Britanniæ Regem referant, qui Franciam per aliquot annos tenuit: verum ejus rei nulla in hiſtoriis mentio, quod legerim, aut meminerim. Sat vero ſcio Nicolaum Gillium hiſtoriæ ignorantia ſcribere auſum, etiam Troiani incendii temporibus Parium hoc ſodalitium fuiſſe: quorum ſimilitudo quædam eſt apud Homerum Odyſſ. lib. 8. ut eleganter notavit G. Budæus. Cæterum horum tanta olim fuit authoritas, ut de rebus omnibus ad Rempublicam pertinentibus ad eos referret Rex: ſi qua controverſia inter proceres eſſet, horum arbitrio compone-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

oneretur: ſi quod crimen admiſſum ad
emplum pertineret, horum diſquiſitis
ntentiis judicaretur. denique penes eos
at rerum ſumma. nam feriebant, bella-
ue jubebant: quos Latine ea cauſa ap-
ellandos putat Patricios Gulielmus Bu-
eus, quaſi patres communis Reipubli-
e; ipſorumque ſpeciem quandam præ-
rebant ὁμότιμοι apud Perſas, æqualis
rope cum Rege dignitatis. De Parium
uſis, Curiæ, non juridicorum cogni-
o & juriſdictio eſt: quibus in primo illo
onſeſſu Curiæ Pariſienſis (Magnam ca-
ieram vocant) ſedendi, & ſententias di-
endi poſt Præſides jus eſt. Pontificum
ingonenſis (licet id ſibi ſumat Remen-
s) Laicorum (ut vocant) Burgundus fa-
le princeps, Carolo VI judice, cum Re-
iis ſacris peractis contentio orta eſſet,
ui proximum poſt Regem accumbendi
ienſæ locum haberet. Sunt tamen qui
cribant Philippum Audacis cognomen-
um tuliſſe non à menſæ rixa, ſed quod
n Pictonibus ſtrenuum ſe præſtitiſſet eo
rælio quo pater ab Anglis captus eſt,
um fratres ſe conflictu ſubtraxiſſent, ſo-
uſque inter confertiſſima pugnantium
ela patrem ſervaſſet. Sed (ut ad rem ve-
iamus) cum Burgundiæ pars, Aquita-
ia, Normania, Campania, Toloſa, Fran-

eorum Regum opibus acceſſerint, in Remenſibus ſacris peragendis à Rege delegantur, qui ipſorum Ducum & Comitum voces gerant. Denique ſuos habent conventus juridicos, id eſt magnos dies, à quibus ad ſupremas Curias provocatur. A Flandriæ quodam Comite horum exemplo Patriciolos creatos ſcribit Gulielmus Budæus, & Pares Nigellanos dictos. Itaque non dubitat Robertus Gaguinus duodecim horum Procerum originem ad Carolum Magnum referre, eam, credo, ut anguſtiorem faciat: quod nec refellere, nec affirmare in animo eſt. De eorum quoque origine à Paulo Æmilio ne verbum quidem, aut ab aliis, quos plurimos ea cauſa diligenter legi. Tantum ait (cum Taſſilionis meminit à Carolo Magno ad judicium Procerum revocati) nondum eo tempore Compares Franciæ, Duces, Comiteſq; eo, quo nunc, ordine & majeſtate fuiſſe. Denique à quibus initiis creverint, omnibus veſtigiis diſquiro. Quam ob rem libuit ex Dionis epitome à Ioanne Xiphilino compoſita huic loco pertinentem hiſtoriam referre. Ait enim: Stante Republica omnia ad Senatum & in commentarios publicos referri ſolita: quo fiebat ut ea nota eſſent omnibus. Poſtea cum everſa Republica ad unius arbitrium ſunt redacta, occulte

geri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

eri ea & adminiſtrari cæperunt: & quæ
i vulgus emiſſa ſunt, quia non poſſunt
robari, fidem non faciunt. Nam omnia
ici putantur in gratiam Imperatorum.
Quam ob rem quæ nunquam accide-
unt, in ore ſunt omnium: contra mul-
a ſilentio prætereuntur quę acciderunt:
eliqua aliter quam acta ſunt narrantur.
Quare magnitudo imperii effecit & re-
rum geſtarum multitudo, ut non poſſint
ab uno res geſtæ accurate perſcribi. Hæc
ille. Vtinam vero exoriatur aliquis, qui
cornicum oculos configat, & quo quid-
que tempore factum fuerit & creverit, ex
ſanctioribus ſcriniis regiis vel aliunde e-
rutum, in medium proferat.

Mareſchali.

TRibuni ſeu Præfecti militum quatuor ſunt, ad quos poſt Magiſtrum equitum rei militaris ſumma refertur, perſpicuo exemplo claris virtute bellica viris honores mandari ſolere. Demum Mareſchalum, quaſi equorum Præfectum, dici ſcribit Beatus Rhenanus à Marca, antiquo vocabulo equum ſignificante: quanquam AnſegiſusMarca utitur pro limite. Gulielmus Budæus Mareſchalos appellatos putat quaſi majores, hoc eſt, judices in caballo ſedētes: ſed hoc durius. Quam ob rem in univerſum lectoré monitũ velim

haſce verborum ἐτυμολογίας ideo obſcuriores, quod vetuſtas multas delevit. Nam multa verba literis commutatis ſunt interpolata, & hominum ignorantia multa depravavit. Ideo quæ nobis majorum noſtrorum incuria ademit, diligentia compenſanda. Tribunis ea poteſtas eſt in milites, quę Magiſtris equitum: quorum ſunt partes caſtris locum eligere (unde à nonnullis Magiſtri caſtrorum dicti) ac milites in officio continere, in quos vitæ & necis poteſtatem habent: quod munus eis mandant, quos vulgo Prevoſtos Mareſchalorum vocant. Similes his prope fuere Irenarchæ quorundam judicio, Aureliano, Martiano, Iuſtiniano emendandis moribus & diſciplinæ publicæ præfecti: quibus regio edicto commeatuum caſtrenſium cura eſt, eiſque pretium ſtatuunt, & abſque provocatione emanſores, apolidas, acœcos, per laſciviam aliquid agentes, mulierum ſtupratores, ferarū confectores capitali pœna afficere licet. denique ad eos omnium criminum militarium coërtio pertinet. Latrunculatores Latine appellaveris. Verum quando in militum mentionem incidimus, non abs re fuerit commemorare Carolum VII poſt Anglos Francia pulſos in rei militaris ſtudium tanta cura incubuiſſe,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

ibuiſſe , ut regnum per multos annos
ontinuis bellis attritum præſidiis mu-
itionibuſque firmare ſtatuerit Adriani
xemplo. Nam pace Francis reſtituta,
ontra Probi Imperatoris opinionem,
on exiſtimantis neceſſarios milites ubi
oſtes deeſſent, primum equeſtrium co-
iarum turmas centenarias & quinqua-
enarias inſtituit: quod equitatu gloria
rancorum conſtet. noverat enim Rex
rudentiſſimus & alta quadam mente
ræditus, arma domeſtica auxiliaribus
& mercenariis omnium judicio præfe-
renda, viliuſque ſemper conſtare ſuos
armis exercere, quam certis conditioni-
bus & auctoramentis externos milites
conducere. Numerus porro cataphra-
ctorum Francicorum ad mille & quin-
gentos, vel ad ſummum ſeptingentos
fuit, qui in præſidiis urbium collocaren-
tur. Auguſtus rerum potitus quicquid
ubique militum erat, ad certam præmio-
rum ſtipendiorumque formulam ad-
ſtrinxit, utque perpetuo & ſine difficul-
tate ſumptus ad eos tuendos proſequen-
doſq; ſuppeteret, ærarium militare cum
vectigalibus novis conſtituit. Idem ipſe
Carolus, ut ſine externo pedite imperii
fines tueretur, quinque milium peditum
cohortes deſcripſit: habituſque delectus
peditum agreſtium. Franci Archieri di-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

ēti: quod liberi ab omni tributo fuerint, dum militarent, & arcu ſagittaque uterentur. Francus enim noſtra lingua immunem ſignificat. Eo mortuo pedeſtris exercitus gloria interiit, & à Ludovico XI Helvetiorum ad quinque millia ſtipendium accepere (in numero tamen variant hiſtorici) quod & noſtro tempore perſolvitur, ea cauſa, opinor, quod ſtrenuam operam navaſſent Renato Lotharingiæ Duci adverſus Carolum Burgundum. Ipſique ſagittarii Franci Talpini nuncupati: quos me puero villæ vicique, collata in ſingulos menſes ſtipe, Regis mandato ad bella mittebant: à Græca dictione deducta origine (ut fere pleraque vocabula Græco fonte fluunt.) nam ταπεινὸς depreſſum humilemq; ſignificat, & ad genus conditionemq; refertur: dicebanturq; apud nos ex paganis conſcripti milites (ſic Bucolicos milites agreſtes appellat Capitolinus) reliquiq; pedites, qui eos exercitatione & diſciplina militari ſuperabant, Aventurieri vocati, quaſi ad omnem eventum parati. exinde, ut verba pronos mutantur in annos, ab Italis ſumpto vocabulo Soldati nuncupati, quaſi Solidati. Solidatum vero Vegetius, Caſſiodorus, & Frontinus eum appellant, cui ſtipendia ab Imperatore promiſſa erant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

Soldoieros olim dictos legi in veteribus edictis Philippi Valeſii & Caroli VI, exoleſcentibus pene literis ſcriptis, ac apud Froſſardum & Monſtreletum ſæpius: quod verbum forte à Solduriis, quorum Cæſar in Commentariis meminit, fluxit: nam in his ut plurimum divinandum eſt. Nuper vero Franciſcus Rex ad morem Romanum multa revocavit, conſcriptis tota Francia ſeptem legionibus, adeo ut pedeſtris exercitus gloria pene intermortua eo Principe revixerit. Cuique legioni quæ ſex hominum milibus conſtabat, ſuus Præfectus vel Taxiarchus datus. Colonellum appellant à colonia ſumpto vocabulo. Præfecti Chiliarchi ſex. uniuſcujuſque Chiliarchi Legati duo & Signiferi imperio parent: recenſendique exercitus bis anno mos fuit. Quotquot autem jurati ei militiæ nomen dederant, immunitatem conſequebantur: qui ſi præclarum aliquid geſſiſſent, annulo aureo donabantur, quod ſi per honorum gradus præclaris rebus geſtis ad Legati officium perveniſſent, natalibus reſtituebantur: & ne in prælio urbiumque expugnatione vulneribus confecti, oſtiatim victum quærere cogerentur, publico Rex ali juſſit, ut olim in Prytaneo Athenienſi. Nam noverat ipſe Rex omnium optime

his

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

his potiſſimum habendam gratiam, qui pro patria ſanguinem & vitam profudiſſent, quoſque Iuſtinianus Imperator in perpetuum per gloriam vivere dixit. Quinetiam quinquaginta peditum millia colligi edicto ſanxit, quibus ſtipendium ab urbibus muro cinctis perſolveretur. Aliud genus eſt militum, nempe evocatorum, ex nobilibus maxime comparatum: quibus totius Franciæ inſtituto, militare tres menſes oportet. Banna & Retrobanna vocant noſtrates: cujus verbi nullam aliam etymologiam dari poſſe puto, quam quæ à Procopio adfertur libro quarto belli Vandalici: aitque Bannum Romanis ſignum dici, & Bandophorum Ducis ſignum ferentem: ab eo quidam Banderias dictas putant. Potior mihi Ægidii Claronenſis ſententia viſa eſt, affirmantis banieras (Itali bandieras vocant) à Germanico verbo *Baner* deductas: quod vexillum ſignificat, & notat Cœlius Rhodiginus Gallos Bannum publicum edictum nuncupare. inde apud Anſegiſum ſæpius legas Bannum ſolvere, in Bannum mittere, Bannire, & ſimilia. Ad equites quod attinet, laudabile Caroli VII inſtitutum retinemus, fereque Principibus & proceribus ſua eſt peculiaris turma, cui ſtatum & præſcriptum ſtipendium. Solent vero conſti-

tuto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

uto tempore recenſeri in tranſvectione equites, probatique diverſis in ſtationibus collocari, ut ad primum belli tumultum parati adſint. In illa equitum probatione quemque cataphractum ſago ſerico ornatum, habere oportet bellatores equos quatuor, robore & magnitudine præſtantes (niſi ſe militum albo expungi velit) phaleris bubalinis vel è corio recocto confectis inſignes. præterea ephebum armigerum, & ſubſidiarios duos laterones: quos idem ſignificante vocabulo Coſtilerios appellant. Cujuſque ipſorum arma ſunt lancea peracuta, clava ferrea, gladius: adhæc oblongus mucro, quo ſtratos & humi procumbentes hoſtes conficere ſolet. atque iſtiuſmodi armis inſtructum cataphractum. Lanceam fornitam vocant. Hippotoxotę equi ſunt duo generoſi. Archierum appellant, quaſi arcigerum (ab arcu ligneo & ut plurimum fraxineo, non ut Turcæ corneo: quem olim in equis geſtabat.) nuncque nomen retinet: quamvis aliis armis utatur. T. Livius lib. 5. belli Macedonici, ait equitum innumerabilem vim trajeciſſe Helleſponto in Europam, partim loricatos (quos cataphractos vocat) partim ſagittis ex equo utentes. & Q. Curtius equitibus equiſque Perſarum tegumenta fuiſſe ex ferreis laminis ſerie inter ſe connexis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

nexis, quibus hodie utuntur cataphracti Franci. Armis vero æneis prius uti ſolitos antiquos quam ferreis, ex Heſiodo patet. T. Livius libro primo ab Vrbe condita: Arma his imperata, galea, clypeus, ocreæ, lorica, omnia ex ære: hæc ut tegumenta corporis eſſent: tela in hoſtem, haſtaque, & gladius. Linteis quoque thoracibus priſcos pugnaſſe, Homerus & Plinius teſtantur. Sunt apud nos levis armaturæ equites, velites & expediti ab Æliano dicti, à Dione in Nerone pſylli, in nullo prope numero apud Francos. Huic militiæ nomina dant ſæpius Itali, Græci, & Epirotæ, (hos noſtri Albanos vocant ſine diſcrimine quibus pernices ſunt equi, & latrociniis quam bello aptiores. Extradiotas appellavere ignari, cum ſtratiotæ dici debeant Gręco vocabulo: veſtiunturque tunicis ad talos uſque dimiſſis, ut Turcæ, illiſque pro tegumento capitis cyrbaſia eſt, quorum opera utplurimum in bello utuntur Veneti.

Hamiralus.

CVm duo tantum ſint belli genera, unum terreſtre, alterum navale, non abſurdum fuerit poſt terreſtrium aliquot ducum explanationem ad maris Præfectum divertere. oportet enim, ut Rep. bene inſtituta ſolet, apud nos eſſe nõnullos

qui

ui rerum navaliũ, alios qui terreſtrium
uram habeant. paucos vero reperias qui
um terreſtri pugnandi gloria navale de-
us addiderint. Nam alia eſt regendo-
um equorum & gubernandæ claſſis ra-
io: ſolique Britones & Normani, reli-
quique Oceani Gallici & maris interio-
is accolæ, piraticam in maxima laude
ponere ſoliti ſunt. mediterranei terreſtre
pugnæ genus ſequuti, in eo ſe oblectant:
ametſi legatur in panegyrico qui Con-
ſtantino Auguſti inſcribitur, Francos Ger-
manici Oceani accolas piraticam exer-
cuiſſe. Itaq; maris Præfectus vel (idem ſi-
gnificante vocabulo) Thalaſſiarchus cre-
atus eſt: cui totius belli maritimi credita
eſſet provincia, præterea procuratio por-
tuum, triremium, navalium, Græca voce
in Francicam detorta. Nam ἅλς mare eſt.
unde Francis Hamiralus: qui totius rei
maritimæ diſceptationem omniũq; cri-
minũ cognitionem ſibi vendicat: nautas
& mercatores litigantes audit: ad ipſiuſq;
curã pertinet edere quos ſuæ juriſdictio-
ni præeſſe aut vices ſuas gerere velit: ip-
ſiuſq; eſt decima prædæ manubiarumq;:
denique in ſua verba adigit navium tri-
remiumq; præfectos: fidem publicam dat;
& cum hoſtibus aliquot dierum indu-
cias paciſci poteſt, ut tuto piſcari liceat.
cui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

cui pro inſigni eſt anchora atque corniculum, ut quidam exiſtimant. Plures nonnunquam creatos legi, nempe unum Aquitanico, alterum Britonico, tertium Francico mari præfuiſſe: ut fere apud nos pro Principis arbitrio legum & rerum omnium, ut numiſmatum, mutabilis uſus eſt. Præterea Comites ad cuſtodiam maritimam accerſitos notat Beatus Rhenanus. Sic fuere Romæ ſtante Republica Duumviri claſſis ornandæ reficiendæq; : & poſtea Imperatorum tempore Præfecti claſſis Miſenatium & Ravennatium ad tutelam ſuperi & inferi maris: & quo tempore Plinius periit, præerat claſſi Miſenenſi: atque apud Imperatores Græcos inclinata jam gloria & Romanæ linguæ & Imperii, Magnus Dux claſſi Imperatoriæ præfuit; cui parebat Magnus Drungarius, & Admiratus, & Protocomes, cæterique claſſis curatores. Ameralium quoque præfuiſſe claſſi Imperatoriæ Volaterranus auctor eſt: unde hujuſce nomen poſſis deducere. Itaque finem facturus eram, niſi in mentem veniſſet paucis verba facere de pœna, antiquis tamen inuſitata, addicendorum remigiis hominum apud nos. ablegare in triremes vocant, ea loquendi formula, qua mittere in latomias. Hi porro tranſtris inſidentes ſcalmiſque alligati in temporariam

riam

iam ſervitutem , aliquando in perpetuam rediguntur : qui non ut olim aſſà, voce vel tibia, ſed ſibilo flagriſque ad officium revocantur atque incitantur: cum quo cruciatu nullum conferri poſſe puto. Suetonius tamen in Auguſto ſcribit, viginti millia ſervorum manumiſſorum ad remum data , ut remos tractare diſcerent,& bello navali ſe exercerent. Nam mos fuit Romæ in maxima militum penuria ſervos armare , ut poſt cladem Cannenſem contigit. Neroque Gallis rebellantibus in Galliam expeditionem parans , certum dominis ſervorum numerum indixit , cum Romanas tribus ad ſacramentum vocaſſet, nulluſque idoneus reſponderet. Itaque hoſce remiges vulgus Forſatos appellat , quaſi vi ad remigium coactos , ut contra Volones Romanis dicti, qui ſe ſponte pro dominis pugnaturos eſſent polliciti.

Equites Ordinis.

PRæclarum illum morem ut proceres torque aureo inſignirentur , à Romanis ad Francos traduxit Ludovvicus XI, cum Calendis Auguſti, anno milleſimo quadringenteſimo nono & ſexageſimo, Ambaſiæ ordinem divi Michaëlis inſtitueret.Initio vero fuit cohors quædam triginta ſex regni procerum , inculpato-

rum equitum, dicta à divo Michaële ſocietatis prçſide, cujus ipſe Rex κορυφαῖος eſt: quibus mos eſt geſtandi quotidie conchyliatum torquem ducentorum aureorum: quem donare, vendere, oppignorare fas non eſt. Primi huic numero regia auctoritate adſcripti ſunt Carolus & Ioannes, hic Borbonii, ille Aquitaniæ Dux, Ludovicus Luxemburgus Comes Fani Pauli Magiſter equitum, Andreas Davalus tribunus militum, Ioannes Sacri Cæſaris Comes, Ludovicus Bellomontanus, Ludovicus Totevilanus, Ludovicus Davalus, Ludovicus Borbonii nothus maris Præfectus, Antonius Cabaneus Archiœconomus, Ioannes Armigniaci nothus militum Tribunus, Georgius Trimoleus, Gilbertus Gabaneus, Carolus Cuiſſolus Pictonum Iuridicus, Taneguinus Caſtellanus Præfectus Ruſſinoſenſis: reliqui ſodalium ſuffragiis electi, quorum nomina non legi. Qui porro huic ſodalitio nomina dant, in verba Principis adiguntur: quo neminem moveri conſtat, niſi hæreſeos aut proditionis reum peractum, aut ſignorum deſertorem. Quando vero agebatur de aliquo in demortui locum eligendo, non ſuffragiis, ſed tabulis (βαλλοταὶς Veneti vocant à verbo Græco βάλλειν)

electio

electio fiebat: quæ obſignatæ in pelvim conjiciebantur: quibus à Cancellario numeratis, qui plures tuliſſet, in collegium cooptabatur, hac verborum formula à Principe prolata: *Te ordo fratris* (ita enim viciſſim ſeſe appellant) *& ſodalis loco habet, eaque ratione te torque hoc donat. Faxit Deus eum diutius geſtes.* deinde in perpetui amoris teſtimonium, ſingulos exoſculatur. iſque mos fuit in collegium ſodales allegendi. Itaque ſuus eſt huic ordini Cancellarius, Theſaurarius (ut vocant) Caduceator (cui à divo Michaële nomen) & Scriba qui equitum præclare geſta literis & memoriæ perpetuæ mandaret. Eo numero legimus exauctoratum Ludovicum Luxemburgum, unum ex illis majorum gentium Torquatis equitibus: de quo publice Lutetiæ in Gravia ſumptum ſupplicium. Moris vero Regibus, munus hoc etiam in externos Principes conferre, in honoris & benevolentiæ indicium: qui, ſi eorum hoſtes velint ſe profiteri, per internuntios illis torquem remittunt, ut omni ſacramenti religione ſoluti, alteri Principi ſtrenuam operam navent. quod ſæpe hiſce noſtris temporibus contigit. Fuit ampliſſimi ordinis Senatorii inſigne latus clavus, & calceus lunatus, ut equeſtris, annulus aureus: ferreo vero prius uſos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

Romanos Plinius ſcribit. quod erat bellicæ virtutis inſigne. Huic torquato collegio ſimile inſtituit Ioannes Rex:cui qui nomen dediſſent, ſtellam in penula aut capitio geſtabant; & ſodales dicebantur nobilis domus divi Odoeni:ita enim vocabatur caſtrum quod plus minus duobus millibus abeſt ab urbe, via Dionyſiana: cujus nunc tantum ruinoſa murorum veſtigia apparent: aliudque ab Edoardo III Anglorum Rege conditum: quod conſtabat quadraginta equitibus (ut vetuſti quidam annales habent) vel (ut Polydorus Virgilius memorię prodidit) ſex & viginti, quos periſcelide inſignivit: hique pro ſodalitio numine divum Georgium colunt:cui Vinderoſii, ut Arturi memoriam refricaret, templum magnifice conſtructum, maximiſque donariis auctum dicavit. de hac re plura Polydorus. Fuit Ducibus Burgundis pro inſigni chryſomalum, à Philippo Burgundiorum Duce Divioni inſtitutum, quod etiam nunc geſtat Carolus V Imperator, maternum genus à Burgundis ducens. Torque aureo milites donari ſolere ab Imperatoribus ob rem ſtrenue geſtam, Aurelii Victoris & Vegetii teſtimonio probatur. Eſt quoque Dioni parazonium cinguli genus, quo Traianus ſuram donavit. Eſt vero parazonium cingulum è

corio,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

orio, & bullatum, è quo pendebat en-
is. Aureis quoque fibulis donabantur
milites & antea argenteis. Quare vete-
rum militum exemplo, qui propter egre-
giam duci ſuo navatam operam in præ-
io phaleris, armillis, torquibus, cingulo,
coronis, haſtis puris donabantur, reliquiſ-
que armis inſignibus, qualibus Sicinium
Dentatum fuiſſe donatum ob fortitudi-
nem Plinius & Gellius tradūt, equites ho-
norarii auratis calcaribus, gladio, & ſo-
lo Principis vel ejus Legati amplexu do-
nantur, diſtrictoque gladio leniter eo-
rum humeros percutiente Rege vel ejus
Legato: quod ſemper poſt prælium ali-
quod commiſſum fieri ſolet. Nam eque-
ſtris dignitas in acie quæſita, nullis om-
nino aut factis aut majorum imaginibus
claros, nobiliſſimos reddit: qua etiam or-
nari ipſi Reges non dedignantur: Fran-
ciſcumque Regem legimus memorabili
illa pugna Melignanenſi à Petro Baiardo
equeſtris honoris ornamenta accepiſſe.
Tertium equitum genus eſt, quo Itali ſe-
rio triumphant: quos à ſuo diplomate
(quod ſuæ dignitatis fidem facit) Codi-
cillares appellare potes: quibus ſimiles à
Paulo III Pontifice maximo & ejus Lega-
to Gaſparo Contareno creari vidi, cum
Bononiæ ſtudiorum cauſa agerem. De-
nique monendum te duxi, equites quoſ-

cunque Francis, Hiſpanis, Italis Cavalarios dici, quaſi caballarios, à caballo, literis paucis immutatis: cujus vocis ruſticitate pleriq; moti (nam fere nunquam ſine deriſione reperias) cum ſe emendatius loqui putant (ut ait Laurentius Valla) equitem ſubſtituunt: licet eques aliam habeat ſignificationem, quemadmodum ipſe ſcribit, atque novo & à ſe invento vocabulo, equites equerios appellat.

Locumtenentes Regii.

CONſueverunt Reges Franci per Legatos bella, maxime externa & difficillima, gerere, (quod Carolum V factitaſſe, qui Sapientis cognomen tulit, annales referunt) hocque munus ei mandant quos jam longo tempore Ducum optimorum officio functuros intellexerint, (neque enim Regum eſt temere ſeſe prælio committere) ſolentque cum quid ſuo imperio adjecerint, Proreges mittere qui populum in fide contineant: quorum tanta eſt auctoritas, ut prope Præſidum & Proconſulum Romanorum vicem ſuſtineant. Nam in illis locis majus imperium habent, & ſecundum poſt Regem: cui cum videtur, dimitti ſolent. Quinetiam ſua quoque illis ſolet præſto eſſe cohors Prætoria, ut Romanis Prætoribus, quaſique eorum latus cingere.

Tanta

ſanta dignitate cum maxima laude fun-
tus apud Taurinos Gulielmus Bellaius
angæus: qui cum ad belli gloriam lite-
as addidiſſet,& legationis munere apud
omnes Chriſtianos Principes functus eſ-
ſet, temporis puncto prælucente alumno
virtute Taurinis Legatus regius exurgit,
quod munus dum obit, à Franciſco Rege
n Torquatorum ſodalitium cooptatur.
Hic primus apud nos docuit nobilitati
non officere bonas literas: quæ prius a-
pud illum ordinem tanto contemptui
fuere, ut Ludovvicus XI Carolum filium
(fortaſſe propter valetudinis inbecillita-
tem) ſcire Latine vetuerit pręter unum il-
lud: *qui neſcit diſsimulare, neſcit regnare.*
malo & à peſſimo Principe petito forte ex-
emplo. Nam Tiberius nullá æque ex vir-
tutibus ſuis quam diſſimulationem dili-
gebat, ut refert Cornelius Tacitus. Ludo-
vici vero conſilium male interpretati no-
biles Franci, nullum literarum genus non
contempſerunt. Longe ſapientius Maxi-
milianus Imp. (ut exemplo quoque Prin-
cipum noſtrę memorię utamur) qui tur-
pe eſſe cenſebat Principem neſcire literas,
longe turpiſſimum virtutibus carere,
quæ eum æternitati conſecrarent. Nec
omittendum Gotthorum illud fuiſſe in-
ſtitutum, quo vetabant literis Reges ſuos
imbui, quod literas homines imbelles

 facere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

facere dicerent.& Claudio imperante Athenis à Gotthis captis, cum de comburendo maximo librorum acervo conſilium cepiſſent, tum unus abſtinendum cenſuit, quod Græcos homines minus eſſe ad bella idoneos diceret, dum ſtudioſius libris incumbunt. Verum depellenda eſt hominum mentibus eorum opinio, qui literas prædicant molles & effœminatos facere, & illorum quoque ipſorum qui omne tempus perire dixerunt quod ſtudiis non impenditur, quaſi nunquam ceſſandum ſit: quorum neuter recte meo judicio ſentire viſus eſt. Nam optimus in rebus omnibus modus: eaque moderatione literis invigilandum cenſeo, ut ſocietatis & conjunctionis humanæ atque valetudinis rationem habendam inprimis putem: quæ ea cauſa remittenda exiſtimo, ut ad ea alacriores redeamus, contra Muſonii opinionem qui dicebat ſtudia remiſſa omitti.

Gubernatores Regionum.

NEmini dubium, ea ratione diviſam Franciam in Præfecturas, ut occupato tot tantiſque negotiis Rege, eſſent qui in regni limitibus ad ipſius cuſtodiam excubarent. Præfecti enim apud nos curam habent arcium, & ne quid in ipſis deſit ad omnem belli apparatum; ut ur-

bes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

es & caſtella muris, foſſa, propugnacu-
s, tormentis bellicis, & in eorum uſum
ılphureo pulvere, commeatu omni,
ręſidio denique firmiſſimo muniantur:
ıuſque ipſis Legatus vel Suppræfectus.
πισκόπȣς appellare potes: unde Cicero
d Atticum lib. 7. ſe à Pompeio oræ ma-
itimæ Campaniæ ἐπίσκοπον deſtina-
um ait. διοικητὰς quoque vocabis Cice-
oniano verbo. Præfectis noſtris prope
imiles fuere apud Lacedæmonios Har-
moſtæ, exſtruendis & reficiendis arcibus
& mœnibus propoſiti, rectoreſque hi no-
ſtri à quibuſdam dicti improprie, ſi pro-
pius rectorum antiquorum dignitatem
cum his contuleris. nam officium regen-
tis provinciam, latius eſt. Illis quoque
non abſimiles erant Præfecti limitum,
Romanorum Imperatorum tempori-
bus: ut Præfectus limitis Rhætici, Pan-
nonici, Norici, Scythici. Duces quoque
dicti: ut Dux Sequanici, ſubaudi, limitis
vel tractus, ſive provinciæ Sequanici; ſive
per Sequanicum appellabatur, qui fines
tuebatur imperii, & præſidium perpe-
tuum habebat in Rheno contra Alema-
nos: ipſique milites limitanei & ſtationa-
rii dicti (noſtrates mortas pagas nuncu-
pant) ſicut Duces quoque limitanei vo-
cati, quod limitibus tuendis præeſſent:

à quibus Marchionibus noſtris nomen eſſe multi affirmant. quod tamen Andreas Alciatus non probat. Tamen noſtrates antiquo vocabulo Francico marchas, imperii regniq; appellant limites, atque etiam frontieras à fronte forte ſumpta voce, quod hi fines imperiorum primi vel prima fronte hoſtibus objiciantur. Plinius lib. 12. In fronte Caucaſi ſolibus oppoſita gigni, &c. Ad hæc quemadmodum Franciam in prȩfecturas diviſam jam diximus, ita Ægyptus in Nomos diviſa eſt, Iudæa in Toparchias & Tetrarchias, Thracia in Strategias, Darii regnũ in Satrapias (Satrapa vero vox Perſica Præfectum ſignificat) Chriſtianiſmus in diœceſes, quas à diligenti inſpectione Epiſcopatus nominavere: quæ in parœcias ſubdiviſa eſt, id eſt accolarum conventus, & accolatus, & Curias. Diœceſin vero pro adminiſtratione, gubernatione, juriſdictione ſæpe apud Ciceronem leges. Et Iuſtinianus in Codicis tractatu de privatis carceribus inhibendis, Ægyptiacam diœceſin vocat pro eodem. Pene omiſeram, hoſce prȩfectos olim conſueviſſe facinoroſos homines legum ſeveritati & noxæ eximere, fora per Comopoleis conſtituere ubi mercatus celebris cerebraretur, natalibus vel ut alii malunt) ingenuitati reſtituere, extraneis jus civitatis

dare,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

re, adhæc multarum cauſarum cognionem ad ſe transferre. Quæ omnia Ludovici XII edicto ſublata ſunt.

Magnus magiſter artilariæ & arcuballiſtariorum.

MEmini, cum eſſem Romæ, fuiſſe Epiſcopum qui ſe probaturum diceret antiquis uſum fuiſſe æneorum tormentorum: ejus tamen conveniendi nunquam mihi poteſtas fuit. Idem nobis literis prodidit Robertus Valturius. quod mihi nec verum, nec vero proximum videri unquam potuit, cum conſtet nullam mentionem factam bombardæ apud probatos auctores, id eſt, illius æneæ machinæ Iovis tonitrua imitantis: adverſus cujus vim & impetum nihil validum ab homine excogitari adhuc potuit. Catapultis vero, arietibus, balliſtis, & id genus plurimis uſi ſunt antiqui: quibus ſaxa ingentia jaciebant, propugnacula, turres, mœnia pulſabant atque disjiciebant (unde balliſtæ talentariæ.) aitque Andreas Alciatus ſe ſchema vidiſſe balliſtæ quatuor rotis impoſitæ. viſitur quoque in arce Biturigum balliſta miræ magnitudinis. Re autem vera bombarda (nam id nomen ei à ſonitu inditum eſt) ſeu æneum tormentum dicere malis, Germa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

Germanicum eſt inventum, hoc eſt, in Germania caſu repertum à chymiſta (monachum fuiſſe, ſunt qui ſcribant) cum nitro, ſulphuri, carbonibus varia fomitum genera commiſcendo, igne adhibito cognoviſſet quanta vis ejus materiæ eſſet: ut multa ſunt inventa hoc tempore antiquis plane incognita. Hoc tormenti genere primum uſi Veneti, auctore Ioanne Barbadico duce non impigro, circa Metamaucenſem ſtationem (ipſi Malamochum vocant) & foſſam Clodiam in bello quod ancipiti marte geſtum eſt contra Genuenſes MCCCLXX, cujus terribili & inſolito reboatu atque fragore territus Vſuncaſſanus Magnus Perſarum Rex, à Mahomete Turcarum Imperatore ad Tebendam profligatus eſt. deinde Hiſmaël Sophus (Pſophum alii ſcribunt) Perſarum Rex ad Cohim Armeniæ majoris urbem (quam in ruinis Artaxatæ clariſſimæ conditam legimus) glande plumbea ictus, à Selimo Mahometis nepote fugatus, in Medorum fines ad reparandas vires conceſſit: idemque biennio poſt, cæſo in acie Campſone Gaurio Sultano Ægyptio, nulla hujuſcemodi tormentorum æneorum copia inſtructo, & in fugam actis Mamaluchis, Syriam, Damaſcum, Hieroſolymam, atque Iudæam ſuæ ditioni addidit, ultro

etiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

tiam maritimis civitatibus ſeſe dedenti-
us, Trypoli, Beryto, Sidone, & Ptole-
naide. Poſtea tam late ſerpſit hoc ma-
um, ut paſſim his machinis utamur in
rbium expugnatione, vel cum terreſtri,
el navali pugna decertandum eſt, (ut
ere ſemper homines in ſuam perniciem
ncumbunt) eiſque varia ſerpentum no-
mina ad terrorem impoſita, Baſiliſci, Sa-
amandræ, Crocodili, Serpentinæ, Colu-
orinæ, multaque alia pro arbitrio, nem-
pe Paſſavolantis, & Falconis. Nomen ve-
ro ipſum artilariæ ab arcu & telo de-
ducitur: & noſtrates compoſita dictio-
ne Arcumtilarium vocant arcuum te-
lorumque artificem, & arcumbuſatum
Italico vocabulo in Francicum conver-
ſo, machinulas æneas vel ferreas quæ
manibus geſtari poſſunt. quod ſignifi-
cat arcum perforatum: nam buſo Ita-
lis foramen eſt. ſclopum ipſi quoque
nuncupant à ſono. Eſt mortarium aliud
tormenti genus, cujus ore ingenti & pa-
tulo pila emiſſa domorum tecta & om-
nem contignationem effringit: in viis
autem ſilice ſtratis magno impetu deci-
dens, in fruſtula diſſecatur, & obvios
quoſque interimit. Denique ſuus apud
nos æneis tormentis Præfectus: cujus fi-
dei ipſa in prælio commiſſa ſunt, & quod
ipſius chirographo ſubſcriptum eſt, fi-
dem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

dem facit apud ratiociniorum Pręfecto adhæc univerſus miniſtrorum grex immunis, ipſeque Præfectus ἀνυπεύθυνος Romanis non dubium fuiſſe Præfectum fabrorum: cujus hic partes ſibi vendicat, atque Præfecti caſtrorum aliquam partem: iſque demum apud nos creari ſolet, qui multo uſu & non dubia fide in urbium oppugnatione norit machinis hujuſmodi locum eligere, eaſque ceſpitibus terra oppletis obſepire, vallum & foſſam ducere, ne qua vis ab obſeſſis ingruat. quod ſi acie decertandum eſt, ea parte locare, qua hoſti maximum damnum detur: at ſi hoſtis alia via illos aggredi parat (ut ſæpe in bello ex eventu ſunt captanda conſilia) graves illas machinas dicto citius loco movere, & ſubinde verſare: huicque præcipua cura eſſe debet lectiſſimos Bombardarios habere (id ſi modo linguę Latinæ dignitas patietur) vel ſi Latinius efferre malis, tormentorum Magiſtros: quando hiſce temporibus in illis machinis ſitus eſt belli eventus. adde vehiculorum & omnis generis ferramentorum vim ingentem, equorum, aurigarum, fabrorum lignariorum ferrariorumque gregem qui rotas tormentis ſubjiciant, præter magnam illam foſſorum catervam, ex agre-

ſtibus

ibus comparatorum, ad complanan-
am itinerum aſperitatem. Guaſtatores
ocant: vulgus Francicum corrupte Ca-
ados, quaſi dicere vellet Guaſtados.
Nam Itali guaſtum, quod Latini vaſtum
c ruinam appellant: ut Marchionem
Guaſti pro Marchione vaſti Ammonis,
c guaſtum Bentivolorum Bononiæ, rui-
nam egregiæ illius domus Bentivolo-
um, & facere guaſtum pro vaſtare &
populari: veluti ſi quis dicat Iulium il-
um tertium Pontificem Romanum im-
miſſo in agrum Parmenſem & Miran-
dulenſem milite, facta maxima præda,
agros vaſtaſſe, incendiis & cæde omnia
miſcendo. Sed ad rem redeo. Cogendus
illi pilarum ferrearum lapidearumque
acervus, excoquendus pulvis nitroſus:
præterea funditorum numerum maxi-
mum habeat oportet, qui novas atque
quaſſatas machinas fundant. Ante vero
hujuſcemodi tormentorum inventio-
nem in præliis uſi ſunt noſtri ſagittis, de-
inde arcuballiſtis: unde arcuballiſtario-
rum Præfecti ſæpius mentionem factam
in Chronicis & conſtitutionibus regiis
leges. Magnum Magiſtrum arcuballiſta-
riorum vocabant: cujus loco æneorum
tormentorum magiſter inſtitutus eſt,
(nam ſenſim arcuballiſtis uti deſitum:
quarũ peritia omnium conſenſu reliquas
gentes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

gentes facile ſuperabant Aquitani) ipſius que eadem prope poteſtas erat in milites quæ Magiſtri equitum, & polemarchorum, ut ex conſtitutione Caroli, puto, ſexti, colligitur, quæ promulgata eſt MCCCCXII, cujus mihi copiam fecit Ioannes Ferronus. Eſt in annalibus Anglicis, regnante apud Francos Carolo VII, & apud Anglos Henrico VI, Sariſberienſem primum Cenomanæ urbis oppidanos, hujuſcemodi tormentorum vi quaſſatis magna ex parte muris ad deditionem coëgiſſe: quorum uſus ante Francis incognitus erat.

Heraldi.

PArum mihi viſum eſt de tot belli ducibus dixiſſe, per quos bella geri conſueverunt, niſi ſtrictim de Caduceatoribus verba facerem: per quos ut bella indici, ita & finiri ſolent (unde Caduceatorum nomen deductum,) quibuſque mos geſtandi ſpinter vel armillam, in præliis vero paludamentum quod eos tutos reddit ab omni injuria. Nam eos vel verbo violare nefas eſt. Vnde Cato dicebat Caduceatori neminem hominem nocere: & Euſtathius cerycas ἀσύλους vocat. Francici autem nomen à provinciolis ſortiuntur, (veluti Normania, Aquitania, Picar-

icardia, Aurelia, Britannia) quos in ver-
a Principis adigi, immunes eſſe, mono-
machiis & decurſionibus intereſſe opor-
et. Denique, ſi de pace ineunda agitur, ſi
nduciæ petuntur, ſi bellum indicitur, pe-
nſati Caduceatores mittuntur, per quos
naxima quæque negotia geri conſueve-
unt. ſin de levioribus rebus agatur, per
ympaniſtas & tubicines id expeditur.
taque Romæ quam ſanctum fuerit Fœ-
ialium & Patris Patrati nomen, nemi-
em vel abecedarium latere puto.

Familia Regis.

QVum multæ res, ornatiſſime Præſul, in hoc regno & noſtratibus & extra-
eis cognitu non injucundæ ſint, tum
nulto gratiſſimus hic tractatus de fami-
ia Principis omnibus erit, eaque ratio-
e continuata quadam rerum ſerie ſu-
erioribus annectendus. Quod cum ita
ſſe facile intelligerem, partim amico-
um fideliſſimis & amantiſſimis conſiliis
ompulſus, partim etiam mea ſponte in-
itatus, nihil antiquius habui, quam ut
reviter primarios aulæ miniſtros per-
tringerem atque attingerem. nam mi-
nutula quæque perſequi abutentis otio
& literis ſemper exiſtimavi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

Magnus Chambellanus, & Nobiles cameræ.

CHambellani etymologiam ſi ſpectes, Admiſſionali vel Cubiculario ſummo probe convenit. Is enim cubiculi regii prçcipuam curam & cuſtodiam habet :cujus munus eſt Regi præſto eſſe, ac ſanctiori illi cubiculo præeſſe , necnon conſiliis publicis cum duodecim Franciæ Proceribus intereſſe, ut areſto judicatum legimus. Nam ſolent à cretariis deſignatoribus duo cubicula Regi deſtinari, unum ubi cubat, alterum penetralius veſtiario attribuitur: à quo, veluti ex tripode, oracula petuntur : cujus hic ſummus Cubicularius decurio eſt. Sic fuit Imperatoribus Romanis Præpoſitus cubiculi (teſte Suetonio) quem ipſe in Domitiano appellat decurionem cubiculariorum : Iuſtinianus Præfectum ſacri cubiculi. & Imperatoribus Græcis Paracœmomenus cubiculis cubiculariorum erat princeps. At cubiculariorum apud nos non unum genus : honeſtius tamen quod Proceribus conſtat, Nobiles cameræ hodie , olim Chambellani dicti; quibus calciandi & amiciendi Principis cura eſt, & rectæ jus in aula regia. Menſam Chambellanorum etiam nunc vulgus appellat. Ex eorum numero ſe fuiſſe

ſcribit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

ſcribit Philippus Cominius Argentonus. Reliquorum non poſtremus gradus eſt dignitatis. famulos cameræ vocant (tanti ſemper æſtimatum fuit Regi in cubiculo miniſtrare) quorum prope infinitus numerus. nam quidam tantum nomenclaturam habent.

Magnus Magiſter.

AVlæ regiæ Præfecti munus eſt cum Principe quotannis inſtrumentum miniſterii aulici deſcribere, (ſtatum appellant) cujus præcipua eſt auctoritas in miniſtros aulicos, & ipſos etiam œconomos: unde Archiœconomi nomen illi eſt. noſtri Magnum Magiſtrum appellant: quibus mos eſt eum qui rebus quibus præeſt majorem diligentiam adhibet, Magiſtrum vocare uſitata Iuriſperitorum loquendi formula: ſicque Romæ Magiſtri curiarum dicti, Magiſtri vectigalium, & Magiſter populi Dictator. Tametſi autem hunc œconomis præeſſe dixerim, Rex tamen pro arbitrio eum exercitui vel ſummæ rerum præficit, ut ipſius nutu, veluti Iovis, omnia circumvolvuntur. ſicque (auctore Solone) Regum amici calculis ſupputatoriis ſunt perſimiles, qui pro arbitrio ſupputantis interdum majorem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

numerum, interdum minorem efficiunt. Quare mea quidem ſententia non eſt noſtrum æſtimare, quem ſupra cæteros, & quibus de cauſis extollat Princeps. Nam huic ſummum rerum judicium dedit Deus: nobis vero obſequii gloria relicta eſt.

Magnus Scutarius.

ARchippocomus, ſeu malis, Hipparchus, primariæ eſt auctoritatis apud Regem: cujus ſunt partes, Regi equum aſcenſuro, vel ex eo deſcenſuro, auxiliatricem manum præbere, eique enſem & balteum liliatos præferre, ut olim ſcutum (quod nominis nomenclatura oſtendit) idq; in magnifico apparatu fieri ſolitum eſt: Imperatorumq; Græcorum temporibus Scutarius Auguſtum præcedebat ſcutũ geſtans: unde Scutarii noſtri nomen forte deducitur. nam ſine dubio multa ex aula Græca in Francicam ſunt tranſlata. Atq; edicto regio ad eum cura pertinet collocandorum per ſtathmos & manſiones curſorum veredariorum LudoviciXI inſtituto. (quorum primum inventorem Cyrum dicunt. poſtas appellant, quaſi in certis locis poſitos equos) ſoletque id munus ei mandare quem vocant Contrarotulatorem poſtarum. necnon caduceatoribus (quos in verba legitima

ima Principis adigere ſolet) curſoribus
c hippocomis (voce etiam à Iuſtiniano
ſurpata)præeſt(undeMagni nomen ha-
et)qui veluti fiduciariam ab eo curam
abent regii equitii ſive hippotrophii
haraſum vocant) cum tamen ejus fidei
nprimis & equi & arma commiſſa ſint.
uper armamentarium poſitum vocat
Curtius: Hippocomos vero Spartianus
ſtratores, Græci ἀναβολεῖς.Multi autu-
mant(idque non ſine ratione, ut ſupra à
nobis dictum eſt) noviſſimum hoc Hip-
parchicæ & Panoplicæ dignitatis munus
tranſlatum fuiſſe ab equitum Magiſtro
ad Archippocomum.

Magnus Venator & Falconarius.

NIhil certe exiſtimo quod æque Prin-
cipem deceat, atque venatio: quod
ea corpus patientiſſimum reddat labo-
ris,inediæ, frigoris,caloris, otium fuget,
ſolam animorum peſtem. Hinc poëtæ
non injuria fabulantur Dianam à Iove
perpetuæ virginitatis præmium impe-
traſſe,atque (auctore Philone) ferarum
venatio Imperatoria eſt in hoſtes exerci-
tatio; quam maximo fuiſſe in pretio a-
pud Francos Reges , facile judicabit qui
intellexerit Carolum VIII accipitrem e-
miſſe quingentis ſcutatis.Venandi porro
ſtudioſi fuere Cyrus, & Romani Impe-

 ratores,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

ratores, maximeque Adrianus ad reprehenſionem & inſaniam uſque, cum tamen nihil prętermitterent quod ad principatum pertineret. Itaque venaticus apparatus in duas turmas dividitur. Vna eſt venatorum pendula tuba cornea vel ænea ex humeris inſignium; quibus mos eſt ſemper veſtigatorem canem ſecum habere (Limierum vocant, nos therelenchum dicere poſſumus:) atque hæc in duas turmas dividitur, leucophæorum vel cineritiorum, & alborum canum: nam ab his nomen habent. Altera eſt accipitrariorum (Falconarios appellant) ſcapo pinnarum inſignium. His atque illis ſtipendium à Rege præſtatur, & cuique turmæ aliquis præficitur ex intimis aulæ Regiæ miniſtris: quemadmodum apud Imperatores Græcos Protohieracarius præerat venatoribus nutrientibus accipitres & ferentibus, ut Protocynegus canibus.

Magiſtri hoſpitii.

ARchitriclini ſive Oeconomi ſunt promicondi, genus regiæ, & rei familiari diſpenſandæ præſunt, maximæque auctoritatis inter aulicos, quod ſoli Acarnanii & Apitii, rei tamen œconomicæ periti, ad tantum munus evehuntur, quibus, ut eminere præter cæteros & ſuſpici

poſſint,

poſſint, pro inſigni ſcirpus Indicus eſt argentatus: illiſq; expenſa omnis regia conſtare debet, & ab his non niſi venia prius impetrata, neminem licet per Francorum leges in jus vocare in Palatio. Olim vero illis jus erat annonæ quæ in comitatum regium importabatur, per præconem ſtatuendi pretium: eoſq; pœnis gravioribus mulctandi, qui ſocietatem coiiſſent, ut annona carior eſſet: meretriceſque aulicas pro delicti modo corrigendi, fuſtibus cædendi, extremo ſupplicio afficiendi, abſque appellatione. Necnon Philippi Pulchri conſtitutione ad eos actionum perſonalium juriſdictio pertinebat, quæ à miniſtris Regiis intendebantur: omniumque criminum cognitionem ſibi vendicabant, quæ in comitatu regio admittebantur.

Magnus Panetarius & Nobiles ſervientes, ſcilicet Panetarii, Scutarii menſarii, Eſcanſoni.

PAnariis ſeu artothecis perinde atque nos uſi antiqui: unde diſcophoris vel dapiferis (Panetarios vocant) nomen inditum poſſis colligere: quamvis aliæ ſint eorum partes; nam Regi accumbenti cibum miniſtrant. Fuitq; Magni Panetarii (ſic enim eum vocant qui his præeſt) inter aulicos tanta dignitas, ut inter regiæ

Oeconomos numeraretur : cujus ſummam eſſe poteſtatem in piſtores , non deſunt qui ſcribant, atque panis & tritici promercalis menſuram,precium,pondus inſpiciendi. Itaque Herodianus auctor graviſſimus ſcribit Principes olim ſolitos uti medicamento quo venenum arceretur: non ignaros, opinor,ſuam vitam dolis inſidiiſque peti ſolere. Nam(ut ait Xenophon) nuſquam homines faciliores captu ſunt , quam in potu , cibo, balneis , lecto, & ſomno. quam ob rem Mithridatem ferunt veneni metu , antidoto quod Mithridatica dicitur,præmuniri ſolitum : & apud Abyſſinos cornu monocerotis regiis menſis imponitur, quo explorant miniſtri ſi quod toxicum epulis inditum ſit. Qua ratione factum eſt, ut Principes fidiſſimos miniſtros ab epulis habuerint , qui cibum menſæ adpoſitum , & in fruſta diſſectum prægustarent, & explorarent ne venenum miſceretur. Suetonius in Claudio : Et veneno occiſum convenit : ubi autem,& per quem dato, diſcrepat. quidam tradunt, epulanti in arce cum ſacerdotibus , per Halotum ſpadonem prægustatorem: alii domeſtico convivio , per ipſam Agrippinam , quæ boletum medicatum avidiſſimo ciborum talium obtulerat.& auctor eſt Tacitus,Halotum ſolitum inferre epu-

las,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

as, & guſtu explorare. His proximi ſunt Pincernæ vel à cyathis, qui Regi potum miniſtrant: eoſque Lampridius numerat inter miniſteria aulica. Cyathiſſare Plautus vocat. quod munus fuit nobilium puerorum in conviviis publicis, ut Ganymedis in conviviis Deorum: unde Deorum οἰνοχόος dictus eſt, pocillator ab Apuleio. Eorum vero partes ita à Xenophonte deſcribuntur in Cyri Pædiæ libro primo: οἱ δὲ τῶν βασιλέων τούτων οἰνοχόοι κομψῶς τε οἰνοχοοῦσι, καὶ καθαρίως ἐγχέουσι, καὶ διδόασι τοῖς τρισὶ δακτύλοις ὀχοῦντες τὴν φιάλην, καὶ προσφέρουσιν, ὡς ἂν ἐνδοῖεν τὸ ἔκπωμα εὐληπτότατα τῷ μέλλοντι πίνειν. Ibidem, οἱ γὰρ τῶν βασιλέων οἰνοχόοι ἐπειδὰν ἐνδιδῶσι τὴν φιάλην ἀρύσαντες ἐπ' αὐτῆς τῷ κυάθῳ εἰς τὴν ἀριστερὰν χεῖρα ἐγχεάμενοι, καταρροφοῦσιν, τοῦ δή, εἰ φάρμακα ἐγχέοιεν, μὴ λυσιτελεῖν αὐτοῖς. eaq; ratione Pincernas adhibitos conſtat. Cæterum mos eſt regiis Pincernis, dum potum Regi miniſtrant, ſcypho aureo vel argenteo hauſtum vinum in alium infundere, & prægustare. Fuere his ſimiles ſervi antiquitus ab Herodiano dicti οἱ πρὸς ταῖς κύλιξι, & ad cyathos, ut ad limina & ad

 pedes.

pedes. Suetonius in Iulio, Sed C. Memmius etiam ad cyathum & vinum Nicomedi ſtetiſſe objecit. Horatius carminum lib. I. ad Iccium:

Puer quis ex aula capillis
Ad cyathum ſtatuetur unctis?

Auſonius:

Stat Iovis ad cyathum.

Id vero munus ſic explicat Virgilius Æneidos lib. I.

——— totidemq; pares ætate miniſtri,
Qui dapibus menſas onerent & pocula ponant.

Itaque libuit addere, Gulielmo Budæo pincernam Latinum verbum non videri, licet eo ſit uſus Aſconius. hoc docti viderint.

Secretarii.

A Secretis eſſe Principi dicuntur, qui diplomatibus & edictis regiis quæ in interiori illo conſilio decerni ſolent, ſubſcribendi curam habent: quibus hodie regni arcana committuntur, unde nomen illi eſt. ad manum à Cicerone his verbis, Licinium ſervum ſibi Gracchus habuit ad manum: ab epiſtolis Suetonio, Lampridio, Spartiano, vel à manu, vel unica dictione Amanuenſes dicti, novo vocabulo, ut vult Cœlius Calcagninus. Græci ὑπογραμματέας vocant; Latini ſcribas,

aut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

ut librarios: Iuſtinianus primicerios & cundicerios, ut tum tempora ferebant, nclinante jam Romanæ linguæ dignitae: Caſſiodorus proceres chartarum. Fuit orro collegium hoc ſecretariorum prino ſexagenarium: at numerus ampliaus ad centum viginti: quorum alii Prinipi ſunt à ſecretioribus notis: Secretarios commendamentorum appellant, & Flavius Vopiſcus notarios ſecretorum, in Aureliano, habuiſſeque Imperatores Romanos notarios qui edictis ſubſcriberent, ipſe in Carino oſtendit. Alii minime cum his dignitate conferendi, qui ſcribarum vice funguntur in reſcriptis ſubſcribendo, quæ à Principe impetrantur, non modo in aulico comitatu, ſed etiam Lutetiæ apud illam æquitatis officinam, (Cancellariam vocant) quod munus eſt poſt Cancellarium libellorum Magiſtrorum. atque ut apud nos, ita apud Græcos Macedonum Reges omnium conſiliorum erant principes: unde Eumenis Cardiani, ſcribæ Philippi & poſt Alexandri Magni, dictum extat, ſe vitam potius quam fidem poſiturum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

Rex Ribalderum, & Travoſtus hoſpitii.

CVm aliquando Ioannem Feronum virum mihi amiciſſimum inviſiſſem, multiſq; verbis ultro citroq; habitis incidiſſemus ambo in rerum Francicarum mentionem, ac copioſe & ſubtiliter de his diſſerentem eum, & acrius in noſtrates invehentem (nam eos pecudibus comparabat, quæ ad præſens tantũ moventur, ſecuræ rerum omnium) attente audiviſſem, tum ille, cum ſe nihil habere diceret quod & ſuis, ex quorum numero me eſſe palam prędicabat, & patrię non impertiret, librum vetuſtate pene conſumptum protulit, in quo edictum quoddam venerandæ antiquitatis reperi, quod omnes Regis Ribaldorum partes continebat: cujus ſelectiora ad rem maxime pertinentia capita huic loco duxi adſcribenda, ut in quo inter eum & Iudicem Prætorianum conveniat, omnes luce clarius cognoſcant. Fuit itaque ille quem nomine regio decorabant antiqui Regem Ribaldorum appellantes, cuſtos ad limina regiæ: ad cujus curam pertinebat tæda accenſa, poſtquam Rex cubitum diſceſſerat, palatii omnia loca luſtrare, ne quis lateret. Atque Imperatorum Romanorum tempore conſuetudinem fuiſſe ſci-

ſcimus ſalutantes ſcrutandi, ne ſub ve-
e ferrum deliteſceret. Deinde œcono-
icorum apparitorum decurio fuit. At
: magnitudine negotiorum tanquam
ıctu obrueretur, additi ſunt viatores
10 & Præfectus unus (Prævoſtum vo-
ıbant: unde Iudici Prætoriano forte
omen eſt) cujus fidei cuſtodiæ credi ſo-
bant. Adhęc probatas ab Architriclinis
enſuras, & à ſe liliato ſigno notatas in-
iciebat: quas qui corruperat, pœna erat
xaginta aſſium. Nec non diſpungendis
ıtionibus expenſæ regiæ cum Oecono-
ıis intereſſe, & meretricibus aulicis ho-
ıitia aſſignare ſolebat. Cæterum qua-
am ratione & tempore tranſlata ſit o-
ınis poteſtas ab Oeconomis regiis &
ibaldorum Rege in Iudicem Prætoria-
um, non reperi, tametſi hunc magiſtra-
um gerentes ea de re ſim percunctatus
liligentiſſime. Itaque ab hoc judice, per-
etuo aulæ aſſecla, in civili controverſia
olim ad Curias ſupremas, nunc autem ad
onſilium aulicum (Magnum noſtri vo-
ant) provocatio eſt, in capitali vero mi-
ime. Habet quoque Legatos duos, & ap-
aritorum ſtipatorumque magnam ca-
ervam: quibus ſagum perinde ac ſpicu-
atoribus regiis contextum eſt bracteis
rgenteis. Pręterea ad ipſius curam nunc
ertinet, ut in aulico comitatu panis, vi-
num,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

num, caro, avena, & fœnum ad alendo equos juſto pretio veneant. Derealu cum maxima gloria hoc magiſtratu ſe abdicavit: quem Franciſcus Rex duobu mandavit, Claudio Gentonio & Voltæ qui per vices ſemeſtrem operam ipſi na varent : cuique Legati duo & milite quinque & viginti attributi. Poſtea tamen ipſo Volta vita functo omnis poteſtas ad Gentonium rediit.

Centum Nobiles.

NIhil plane ſibi reliqui fecerunt Reges Franci, ut ſe ſumptis inſignibus regiis auguſtiores facerent. additi enim ſunt è nobilitate Francica honoratioris comitatus & cuſtodiæ cauſa, centum machærophori anteambulones, qui Regi adeſſent: hiſque ſuus præfectus datus. Primo itaque centum à Regibus inſtituti: unde adhuc nomen ſervant. verum poſtea centenariæ illi turmæ centum alii adſcripti, addito quoque Præfecto. tamen propter numeri integritatem appellandique compendium, centum etiam hodie dicuntur: qui pro inſigni haſtam gerunt, quam beccum Falconis vocitant noſtrates, antiqua Gallica etiam voce, quæ roſtrum ſignificat. Sic itaque Romæ cum triginta quinque tribus eſſent, & terni ex ſingulis tribubus eligerentur ad judicandum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

candum haſta propoſita, licet quinque amplius quam centum eſſent, tamen quo facilius nominarentur, Centumviri dicti ſunt: & quamvis etiam Decemviris ſacrorum alii ſint additi, ita ut ad ſexaginta excreviſſe dicantur, ſemper tamen Quindecimviri nominati ſunt. Simile quoque illud de ſeptuaginta interpretibus, cum duo & ſeptuaginta eſſent. Atque Romæ anteambulones dicti, qui Principes civitatis officii gratia in forum deducebant, & reducebant, togati vel per diminutionem togatuli: & ita Suetonius Veſpaſianum fratris anteambulonem vocat.

Capitaneus portæ.

EXtat Dionis Nicęi viri Conſularis Romana hiſtoria accurate diligenterque conſcripta, à Ioanne Xiphilino in epitomen redacta, in qua Auguſtum cum Livia conjuge loquentem facit, quanam ratione fiat, ut Regibus tot tamque varia pericula immineant, eorum cervicibus tela & gladii impendeant, non ſolum hoſtes, ſed cuſtodes timeantur, amici & neceſſarii formidentur: ipſiuſque Liviæ dictum non putavi indignũ aut alienum ut adnotarem, *Principem quantumvis recte imperantem non poſſe omnibus placere.* Vnde non injuria Tiberius ipſius Auguſti

ſuc-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

ſucceſſor imperium miſeram & onero-ſam ſervitutem vocabat. Quam ob rem Reges Franci adverſus hominum vim & injuriam, præter jam à me dictam custodiam, domi armatis hominibus, hiſque fidiſſimis ſe munierunt. Thyrophylacas appellant, quod ad palatii portam perpetuo ſtationem agant: quibus, ut à doryphoris dignoſcantur, ſaga ſunt clavibus prætexta, eademque arma geſtant: & his ſuus Præfectus eſt. Capitaneum portæ vocant (quod hiſce ad limina cuſtodibus præeſt) quem tu Archityrophylacem appellare potes. Legitur regnante D. Ludovico tribunal fuiſſe ad portam regiæ (Iuſtitiam portæ appellabant) ſed quodnam illud fuerit non legi. Nonnulli recuperatores palatinos fuiſſe affirmant. At G. Budæus in chartophylacio Francico diligenter & multum verſatus, aſſerit ante tempora Philippi Pulchri qui D. Ludovici nepos fuit, tres literatos viros ad veſtibulum regiæ jura reddere ſolitos: quos libellorum Magiſtros fuiſſe propterea exiſtimat, quod in antiquo commentario inter libellorum Præfectos eorum ſit mentio.

Guar-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

Guardia.

NOn abs re mihi viſum eſt poſt centenariam illam nobilium turmam, præmiſſo tamen Archithyrophylace, quem Capitaneum portæ vocant, paucis de regia cohorte Prætoria diſſerere. Itaque cum Franci Reges, more inſtitutoque cæterorum Regum, imperium virtute bellica longe lateque propagatum legibus abs ſe conditis firmaſſent, & quam maxime poterant, ad antiquorum Ducum, Regum, Imperatorum gloriam pervenire contenderent, nullumque jam regnum Chriſtianum non multo Francico inferius virtute, gloria, nobilitate, opibus videretur, cæterorum Regum exemplo armata manu ſeſe ſtiparunt, quam ſuæ cuſtodiæ & propulſandis aliunde periculis adhibuerunt: ut Prætores, deinde Imperatores Romanos Prætoriam cohortem habuiſſe conſtat. Itaque Reges Franci ſtipatores equites quadringentos elegerunt: quos Archieros guardiæ appellant, quod arcu uterentur cum ſunt inſtituti (ut à me jam alio loco dictum eſt) nunc ut plurimum eo teli genere quod Halabarda dicitur. αἰχμοφόρȣς Græci vocant. Eſt vero Halabarda ſecuris cuſpide oblongiore, ab una parte quadrata acie, ab altera peracuto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

mucrone, punctim cæſimque feriendis hoſtibus maxime accommoda. Horum numero ſunt centum Scoti: quorum egregia fide & virtute utuntur Reges. cuique vero centuriæ ſuus Præfectus. Sunt præter hos quatuor & viginti σωματοφύλακες, id eſt cuſtodiæ corporis adhibiti (ſicque vulgo dicuntur) qui à Rege latum pedem non diſcedunt: φυλακὴν vel θεραπευτῆρας περὶ τὸ σῶμα Xenophon appellat: quæ fuit Cyro Eunuchorum. Adhæc, ne quid omnino deeſſet quod ad Regiam majeſtatem & ornandam & conſervandam ſpectaret, addita eſt cohors centum Helvetiorum peditum (trecentos aliquando fuiſſe legi.) qui ab equitibus, femoralibus diſſectis verſicoloribus diſtinguuntur. equitibus vero ſagum eſt bracteis argenteis intertextum cum Principis elogio: quale fuit Caroli ſexti Cervus alatus, Ludovici XII Hyſtrix, & Franciſci Salamandra. Ipſe ab hujuſce cohortis Helveticæ Præfectis intellexi, Carolum VIII Helvetios, ut fidiſſimos, primum ad corporis cuſtodiam adſciviſſe ob eximiam & ſpectatam virtutem in pugna ad Tarrum fluvium commiſſa, quo eos perpetuo & majore aliquo beneficii teſtimonio ſibi devinciret. Foronovenſe prælium noſtrates appellant

pellant à foro Novii, vico ad Tarrum fluvium ex Apennino fluentem ſito, quem rerum Romanarum minus diligentes perveſtigatores Foronovum corrupte vocitant.

Mareſchali hoſpitiorum & Forieri.

EPiſtathmi prçſunt hoſpitiis diſpertiendis Principis comitatui, tantaque prudentia ſuum munus obeunt (quod epiſtathmia dicitur) ut nulli omnino deſit quo divertat. Quia tamen huic muneri obeundo pares eſſe non poſſunt, tot Ducibus, Pontificibus, Regumque Legatis Principem comitantibus, additi ſunt aliquot deſignatores manſionarii (ſic appellati à manſione, quæ hoſpitium ſignificat) vel ſi mavis cretarii, à creta dicti, quia oſtiis illius nomen adſcribunt qui domo excipitur. Fuiſſe vero antiquis hoſpitiis deſignandis Prçfectos, ex Antigoni apophthegmate liquet apud Plutarchum, quos ἐπὶ τῶν ξενίων vocat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

VINCENTII LVPANI

COMMENTARIORVM De MAGISTRATIBVS ET PRÆFECTVRIS FRANCORVM,

Liber ſecundus.

PRÆFATIO AD MICHAELEM QVELINVM, Conſiliarium regium in curia Pariſienſi.

EX ſuperiori libello ſatis opinor unicuique perſpectum eſſe, quos belli duces Reges Franci habeant, quos rei navali, arcibus reficiendis, ſuæ cuſtodiæ præficere ſoleant, ne omnia commemorem, de quibus jam à me dictum eſt. Hoc vero ipſo explicandum mihi putavi, quibus conſultoribus utantur. Nam armis vim propulſare, hoſtes procul à regni finibus arcere, ſocios juvare, imperium proferre ſolemus: at conſilio & literis leges condere, jus unicuique reddere: unde juſtitiæ nomen eſt, in qua ſola omnes virtutes contineri Theognis poeta ſcribit. Quam ob rem Reges noſtri in id incubuerunt, ut doctrina virtuteque præſtantes homines maximis dignitatibus & fortu-

fortunis augerent. Quod me impulit ut hunc togatorum magiſtratuum tractatum ab alio ſejungerem, tibique dicatum vellem. Vale. Lutetiæ Pariſiorum, Calend. Januar. MDLI.

Tres ſtatus.

NOſtrates de magnis, gravibus, & ad Rempublicam pertinentibus rebus conſultaturi, celeberrimum trium ordinum conventum olim habebant, nobilitatis, ſacerdotii, plebis, ut etiam tenuiorum habita ratio videretur. Fuit vero tempus quo omnia apud nos ad Pancelтium illud referrentur quæ ad regnum conſtituendum pertinerent, ſi de pace ineunda, bello inferendo, regni procuratione alicui mandanda, vectigali exigendo ageretur. quod, Philippo Valeſio regnante, communi trium ordinum conſenſu ſancitum eſt: quorum tanta fuit auctoritas, ut Rege Ioanne multi ſupremæ Curiæ Pariſienſis Conſiliarii & rationum Præfecti magiſtratu ſint moti: atque Carolus VI lege à ſe ſancita & compoſita juſſerit, ut, ſi vita prius diſcederet quam Aquitaniæ Duci filiorum ejus natu maximo Francorum legibus regni adminiſtratio permitteretur, ejus procuratio (nomine tamen regio) ad hunc conventum pertineret: qui olim Regiæ majeſtati

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

quaſi frænum impoſitum erat (ne popularium res pro arbitrio ageret ferretq;) ut Ephori Laconum Regibus. Hujus porro concilii indicendi ratio talis habebatur. Scribebat Rex ad nobiles, antiſtites, oppidanos, communi conſenſu aliquos deligerent, qui certo loco & die convenirent de rebus diſceptaturi. quod Carolũ VIII feciſſe legimus, cum ille veteri majorum inſtituto Turonibus totius Franciæ convocato concilio, de ſumma rerum & belloNeapolitano deliberavit. Hujuſcemodi conventuum peragendorum regio diplomate frequens eſt adhuc uſus Burgundis, Normanis, Britonibus, atque Helvetiis. diætam Germani vocant. Simile huic conventui Panionium fuit, à duodecim Ioniç urbibus dictum, & Panætolium: cujus mentionem facit Titus Livius lib. 1. belli Macedonici. Fuitque Græcis Amphictyonum conſeſſus ſanctiſſimus ex ſeptem civitatibus conſtitutus, quarum ſingulæ bis in anno, veris & autumni initio, Legatos ad id concilium mittebant: quos pylagoras vocabant, & locum ubi conventus haberetur, pylæa. Fuere & Epheſiis quinque conventus, qui per partes Rempublicam gubernabant; & Caribus unus ad Iovis Chryſaorei templum, qui accolis dictus eſt Chryſaoreus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

Strictum ſive privatum conſilium.

EST ab aulico conſilio de quo poſtea dicturi ſumus, aliud apud nos plane diverſum. Strictum appellant ſive privatum, quaſi ſecretius, interius, ſelectius, ſanctius dixeris: tametſi idem olim mea quidem ſententia fuerit: ſæpiuſque in Chronicis & conſtitutionibus regiis, atque apud Froſſardum, etiam poſt Curiam Pariſienſem inſtitutam, magni conſilii pro hoc ſanctiore mentionem factam diligens lector animadvertet. quod ſingulis menſibus cogi ſolebat: ubi Princeps de omni re ſtatuebat, reſcripta & diplomata concedebat poſtulantibus. Conſtat vero ſelectius hoc agnatis neceſſariiſque Principis, Proceribus, Antiſtitibus, Cardinalibus, cum Cancellario atque Iuriſperitis; in eoque tractari conſuevit quicquid ad publicum regni ſtatum pertinet, atque uno verbo, de ſumma rerum. Solet vero interdum Rex ſuo diplomate multarum magnarumque cauſarum cognitionem huic conſilio arrogare (evocare noſtrates dicunt;) de cujus ſententia, regio nomine tamen, poſt mortem Ludovici undecimi omnia regi ſolita: conſtabatque regni duodecim proceribus. Tale fuit Ætolorum concilium, quod viris ſelectis conſtabat,

 (Apo-

(Apolectos Titus Livius vocat) moſque fuit Sontianis Gallis, ut eorum Rex ſexcentos haberet ſelectos (lingua Celtica Silodunos appellabant) qui cum eo publica negotia tractarent. Habuere quoque Athenienſes ſanctiorem Senatum, ſine cujus conſilio quicquam decerni Solonis lege erat prohibitum.

Cancellarius.

MAgna apud antiquos contentio fuit, utrum urbanis rebus militares ſint anteponendæ: paludatis vero neceſſarium, mea quidem ſententia, togatos conjungere, quod illorum vires horum conſilio & prudentia regantur, & maxime Cancellarii: cujus ea eſt apud Regem auctoritas, ut eum ſoleat in rebus omnibus ad Rempublicam pertinentibus veluti Apollinem conſulere: unumque illud apud nos virtutis eſt præmium, ut apud Lacedæmonios γερουσία, & Athenienſes Theſmothetæ. Hujus noſtri ſunt partes, dare operam diligenter, ne quod reſcriptum, edictum, decretum, contra jus Reipublicæ impetretur, quod ſi præſenſerit, tranſverſa linea circunducere vel conſcindere. cancellare vocant: unde illi Cancellarii nomen eſt: tametſi Latinum non ſit, quemadmodum nec cancellandi, licet hujus nominis frequens ſit uſus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

uſus Iuriſperitis, ipſique Vlpiano, Paulo, & Scævolæ, ut Cancellarii Flavio Vopiſco, & Iuſtiniano, libro Codicis primo, in tractatu de aſſeſſoribus, & domeſticis, & cancellariis. Vbi Cancellarium pro his poni exiſtimo quos graphiarios vocant, qui conſcribendis & excipiendis judicum actis dant operam. Cancellarium quoque Livius Gallicus: Paulus Æmilius Iuris præfectum appellat, aliquando Iuriſconſultum, (quo nomine Procopius Tribunianum vocat) meminique apud Anſegiſum Cancellarii nomen pro ſcriba uſurpari. Demum ſi diligenter Caſſiodori verba perpenderis in formula comitis ſacrarum largitionum, reperies Primicerii munus cum Cancellario poſſe conferri. Apud Venetos Cancellarius ſecretioribus notis apud Senatum præeſt, ſed non tantæ auctoritatis. hic enim unicus eſt (ut ita dicam) βασιλέως ὀφθαλμὸς καὶ οὖς, atque morum legumque regimen, & Principis in re judiciaria & iis quę ad regnum conſtituendum pertinent Legatus, aulicique conſilii facile primus: cui mos eſt, ſignum illud ſanctius apud ſe habere, quo diplomata cera ſignat: in quo Principis imago imprimitur. Antiquiſſimum fuiſſe hunc magiſtratum ex eo apparet, quod etiam Ca-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

roli Magni temporibus, ac neſcio an ante, atque Ludovici cognomento Craſſi, Cancellarius regiis diplomatibus ſubſcripſerit, ut Principis Archigrammateus. Præterea Archicancellarium fuiſſe apud Burgundionum Regulos Paulus Æmilius memoriæ prodidit. Solet vero in cancellariatus interregno (quod ſæpius noſtra tempeſtate Gulielmo Poieto ex vinculis cauſam dicente contigit) à Rege Procancellarius creari, qui Cancellarii munia obeat. Cuſtodem ſigillorum appellant, quod illi Rex ſigilli quo publica monumenta ſignat atque omnium rerum ſummam credat. Sphragidophylaca compoſita dictione Græca, ſi voles, per me ut appelles licet, vel Procancellarium, quando ita fert uſus. Denique ad tantum honorem gradatim aſcenditur. vidimus enim aliquot, qui cum ſumma cum laude in advocatorũ ſubſelliis verſati eſſent, ad fiſci cognitionem pervenire, qui primus eſt honorum gradus, deinde vel libellis præfici, vel in primo conſeſſu Curiæ Pariſienſis Præſides creari, poſtremo ad ſummam togatorum magiſtratuũ dignationem conſcendere. Nam nemo unquam rerum ſummam attigit, qui non à prima ætate gradibus virtutis aſcenderit. Fuere porro Nomophylaces Græcis, qui legibus præerant, ut illis parentes

rentes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

entes laudibus honoribuſque proſeque-
ntur, & minime obſequentes pœna
ulctarent: & Iuſtinus auctor eſt, Trogi
vum ſub C. Cæſare epiſtolarum, legatio-
um, ſimul & annuli curam habuiſſe, quę
pud nos (ut quidam volunt) Cancella-
io incumbit. nam mos fuit antiquis an-
ulo (quem Flavius Vopiſcus ſigillaritiũ,
lii ſignatorium vocant) teſtamenta, co-
licillos, literas, edicta ſignare: cujus rei
auſa ait Xiphilinus in Veſpaſiano, Do-
nitianum ipſius Veſpaſiani annulum ge-
tare ſolitum, ut quæ edicto præciperet,
igillũ Imperatoris præferrent: quod ipſe
ὐτοκρατορικὸν σφράγισμα vocat.
taque Procopius libro primo belli Got-
thici, Proclum quendam Imperatoris
πάρεδρον ſive Quæſtorem vocat: quem
nullam legem per gratiam ſcripſiſſe re-
fert, quemque Imperator Zenon refert
Principis ſcripta ſolitum dictare. Conti-
git vero noſtris temporibus Gulielmum
Poietum Nomophylacem, ſordium cor-
ruptelæq; reum, patentibus foribus pri-
marii auditorii, frequenti Curia exaucto-
rari & magiſtratu moveri. Quod à me
ea cauſa dictum eſt, ut intelligant qui
eo perveniunt, eam eſſe fortunæ vicem,
ut quos in cœlum evexit, momento in
profundum demergat. Id ipſe Heſiodi
more

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

more ad Deum referre ſoleo. Quamobrem interrogatus Æſopus quid ageret Deus, ſublimes, inquit, detrudit & humiles extollit. Nam plerumque attolluntur (ut ait Horatius) in altum homines, ut lapſu graviore ruant.

Magiſtri requeſtarum.

SI quis diligentius conſideraverit Præfectorum libellorum auctoritatem, eos reperiet ſummo apud nos in honore fuiſſe, atque facile primum locum poſt Cancellarium obtinuiſſe in re judiciaria. moſque primum fuit porrigendi libellos Regibus, cum jura reddebant: deinde cum variis negotiis diſtricti eſſent (ut fere propagatis regni finibus curæ augeſcunt) factum ut ſemel menſe poſtulationibus vacarent cum prudentum conſilio, quorum maximum numerum habebant. quod ſi leviores viderentur, eis ſubſcriberent: ſin graviores, de eis ad juriſperitos referrent qui ibi aderant. Demum divitiæ animos luxumque auxere: & eo tempore Rex rem totam judiciariam Cancellarii fidei permiſit, qui, exoriente tot cauſarum multitudine, aliena opera cœpit indigere (ut ſemper animus hominum in diverſa tractus, minime ſuum officium facit) duoque creati qui non, ut nunc, magiſtri libellorum dicerentur:

ntur: quibus à Principis aula abeſſe
n liceret, & Cancellarii aſſeſſores eſ-
nt. Poſtea ſancitum à Philippo, ut in
uria quinque adeſſent, nempe tres ſa-
cerdotes, & laici (ut vocant) duo: quibus
na Curiæ claſſis conſtabat. deinde au-
us uno numerus: quo etiam tempore
agiſtri requeſtarum dicti ſunt. Poſtre-
o duo additi: quibus omnibus jus eſt
nſendi & ſedendi in primo tribunali
uriæ, proximo loco poſt Præſides, eiſq;
fficiorum cognitio attributa, & earum
ontroverſiarum quæ ab iis intendun-
ur, qui in comitatu Principis officio fun-
untur: à quibus ad curiam provocatio
ſt. Solent à Principe creari (quos noſtra-
es extraordinarios vocant) quibus nul-
um ſtipendium præſtari ſolet: hique ple-
umque in demortuorum locum ſuffi-
iuntur. Hoc magiſterio libellorum
rancisci Regis liberalitate donatus eſt
Gulielmus Budæus Galliæ ornamentum:
x cujus verbis potius quam meis malo
ectorem intelligere, quænam ſint ipſo-
um partes. Collegium (inquit in epiſto-
a quadam ad Deſiderium Eraſmum)
Octovirorum eſt, quorum functio atque
opera latiſſime in Republica patet. ſiqui-
dem in præſtantiſſima fere quaque parte
magiſtratuum, locum primarium ac nu-
merum obtinet hic magiſtratus: in quem
bene-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

beneficio Principis adoptatus ſum. Primum in magno Principis conſilio, in Curia centenaria, atque in omnibus denique Curiis ſummis quæ cauſarum ultimam diſceptationem habent, ſedendi honeſtiſſimo loco, & ſecundum Præſides, jus habet, niſi ſi Princeps aut Pontifices adſint. ſententiæ etiam dicendæ locum antiquiorem obtinet omnibus Conſiliariis. Magnum autem Conſilium vocatur Curia aulæ comes: quam, velut cohortem quandam Iuriſconſultorum, aſſeclam Regiæ & Prætorii dicere poſſis. cujus coryphęus eſt Cancellarius, ὁ νομο-φύλαξ. Hujus tamen Octoviratus præcipuæ & antiquiſſimæ partes ſunt, ut Principi præſto ſint collegæ è cubiculo prodeunti poſtulationibuſq; ſupplicum vacaturo: cujus officii vices in orbem binis & ſæpe ſingulis cedunt, cum alioqui ordinariam ſeſſionem habeamus in illa æqui & boni (ut ita dicam) officina quam Cancellariam noſtri vocant: in qua locus dicatus eſt diſceptandis reſcriptis principalibus, quæ ex bono ipſa æquoque poſtulari ſolent adverſus juris ſummi exactique ſeveritatem. quibus reſcriptis accedunt preces eorum ſupplices qui in legem Corneliam de ſicariis quidpiam admiſerunt, aut alias capitalem rem adverſus leges auſi ſunt: quibus

veniam

eniam regiis verbis dare ſolemus, pœ-
am ſuppliciter deprecantibus, ſiquidem
enia ac miſericordia digni eſſe videan-
ur. Regias autem venias dare poſſumus
bini & ſinguli, ſi ſingulos noſtrûm ſe-
ere contigerit: quod quotidianę eſt fun-
ionis in hac urbe & ad aulam in ędibus
ancellarii. Hæ porro functiones quam-
bet multiplices, honorarias magis atq;
oluntarias vices habent, quam neceſſa-
as atque hominum vendicatrices, niſi ſi
ajores ad cauſas argumentoſioriſque
ſtrumenti advocemur: quod non ſæpe
venit. Hęc Gulielmus Budæus. Hoc quo-
ue magiſtratu functus eſt ſub Severo
apinianus, juris aſylum dictus, & Vlpia-
us hujus diſcipulus, à nonnullis à libel-
s, ab aliis ad libellos dicti. ſcriniorum
ſagiſtros vel Principes, eos multi vo-
ant. Iuſtinianus Principes ſacri laterculi
el ſacrorum ſcriniorum Magiſtros.

Parlamentum.

Tſi non dubito à pleriſque multa ſcri-
pta eſſe, quæ ad hujuſce Curiæ ampliſ-
ſimæ cognitionem pertinere poſſe pu-
arentur, tamen officii mei ſemper exiſti-
avi, quoad fieri potuit, nihil omittere
uod ad ipſam ornandam ſpectet: ex qua,
eluti ex Pharo, ignem per totam Fran-
am micare conſtat. Poſtea vero quam
Fran-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

Franci ea loca tenuerunt, ubi nunc Fran-
cia eſt, à quibus initiis creverit, altius e
repetendum. Primum itaque Reges Fran-
ci, ut omnium ſibi animos conciliarent
jus dicere ſolebant, & orbos liberos, v
duas, tenuiores à potentiorum injur
liberare: quod ſæpe Carolum VIII feciſ
legimus. Atque Homerus jus dicente
& fas conſtituentes Reges vocat, & A
drianus Imperator centum judicibu
qui præſente ſe cauſas audirent, cum ſ
cederet, centum cellas extruxit, quę poſ
ea in urbis juſtæ formam crevere. Poſtc
Reges à juriſdictione abſtinuere: & Pip
nus proceres dijudicandis controverſi
convenire ſtatuit nullo certo aut tempo
re, aut loco, nunc ad natalem divæ Vir
ginis, nunc alio tempore, idque conver
tuum modo. Poſt quotannis iſtiuſmod
judicum concilium cogebatur. Deinde
cauſarum creſcente multitudine, bin
Parlamenta haberi cœpta ſingulis annis
Poſtremo à Rege Philippo Pulchro ve
(ut Gaguinus ſcribit) Huttino hujus filio
Curia quæ vaga fuerat, Lutetiæ Pariſio
rum domicilio locum accepit, quam Re
giam Clodoveus ſibi elegerat. tum quo
que baſilica extructa ab Engerrano Mari
gnio, ſummo fiſci Præfecto, & Longæ
villæ Comitis, in inſula fluminis Sequa
næ, ubi judicum illæ claſſes coguntur: a

Par

Parlamentum illud ſupernorum Iudicum collegium dictum: cui nomen à verbo Francico *parler*, ut huic à παραλαλεῖν derivatio eſt. Neque deſunt qui incertiores hujus verbi etymologias adferant, quas lubens omitto. Nihilominus tamen G. Budæus primæ illi decuriæ Parlamenti nomen inditum ſcribit. Baſilicæ verbo de induſtria uſus ſum M. Vitruvium ſequutus, qui baſilicam ita ædificari debere ait, ut in ejus ſuperiore parte judicia, in inferiore negotia exercerentur. Latine forum dixeris. Palatium noſtri appellant, quod primum habitationi Principis dicatum eſſet. Atque anno milleſimo trecenteſimo ſecundo (in annorum tamen numero variatio eſt) Parlamentum Lutetiæ & Toloſæ inſtitutum, ut quidam exiſtimant. Nam eam fuiſſe fori extruendi cauſam Suetonius ſcribit hominum & judiciorum multitudinem: quæ non ſufficiente uno, ſecundo egere videbatur. Itaque Curiæ ſupremæ tanta eſt apud Francos auctoritas, ut prope Senatus Romani ſpeciem habeat, Regeſque bellum ſuſcepturi auctorem fieri Curiam velint, & in ejus acta referri omnia ad Rempublicam pertinentia: apud quam edicta recitantur, quorum nulla ratio prius habetur, quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

in ſupremo illo conſeſſu promulgatæ ſint. Noviſſime vero Cæſar Quintus, Imperator, conditionum pacis cum Rege initæ auctorem fieri Curiam voluit, ne eſſent poſtea antiquabiles fœderis leges. Sic Romæ leges in æs inciſæ, propoſitæ & perlatæ dicebantur, neque eas tolli fas erat: ſtanteque Republica quicquid ab Imperatoribus, id eſt exercituum ductoribus, ſtatuebatur, Senatuſconſulto confirmari oportebat. Dion quoque auctor eſt Trajanum in Senatu ratam firmamque habuiſſe pacem cum Decebalo initam. Atque in Curia ſumma in verba Principis adiguntur Magiſter equitum, maris Præfectus, Tribuni militum, provinciolarum Præfecti, & Iuridici, codicillique magiſtratus recitantur, aſſenſu cognitoris regii. Quinetiam judicandis privatorum cauſis ipſa nullis legum formulis adſtricta eſt, ſed ex æquo & bono judicare ſolent ipſius Curiæ conſcripti: at reliquis judicibus qui ſupremæ ſententiæ jus non habent, non licet quicquam ex æquo decernere, idque à majoribus per manus traditum accepimus, cum tamen plerumque *ſummum jus ſumma ſi crux*. Verum qui ita exiſtimant, æquitatem pro ſola clementia accipiunt, cum tamen quandoque æquitas pœnarum acerbitatem poſtulet. Clementia vero

(qua

(quæ ſolius eſt Principis, aut eorum Magiſtratuum qui parem habent cum Rege in judicando poteſtatem, ut olim Senatus Romanus) ipſa ſumma Curia uti non poteſt, nec veniam cuiquam quantumvis inconſultæ cædis, niſi regiis verbis dare. Nam Curia ſuprema multum à Senatus Romani dignitate, potentia, majeſtate abeſt. Ex quo falli certe mihi videri ſolent qui Curiæ conſcriptos, Senatores, & Curiam, Senatum vocant, niſi ſe Iulii Cæſaris & Cornelii Taciti auctoritate tueantur. Nam ille Senatum Heduorum, hic Trevirorum Senatores libro vigeſimo primo appellat. Curia quoque inquirendis criminibus & judicandis præeſt, ut Areopagus Athenis, & Senatus Romanus poſt oppreſſam à Iulio Cæſare Rempublicam: eique ſtandum quod ab ipſa definitum fuerit: cujus ſententiæ Areſta dicuntur, à quibus ad Principem moribus noſtris non provocatur, ſed regio edicto licet erroris ſpecie areſtum in diſquiſitionem revocare. Primiſq; temporibus unicum fuit ſupremum tribunal, ex variis hominum generibus coactum, duodecim Franciæ primoribus, regni proceribus, antiſtitibus, Iuriſperitis. ipſi tamen antiſtites Curia pulſi ut ſacris vacarent, præter Divorum Dionyſii & Germani Abbates. alii tamen loco

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

antiſtitis Germani Epiſcopum Pariſienſem collocant. Creſcente porro cauſarum multitudine collegium illud in varias claſſes vel decurias diviſum eſt: ſicque eas Suetonio auctore in Auguſto cap. 32. & in Galba cap. 14. appellare potes. In prima claſſe conſtitutione primum Philippi & multis annis poſtea Caroli VII, quindecim laici (ut vocant) & totidem ſacerdotes fuere, non numeratis quatuor Præſidibus, veluti prohedris & moderatoribus: quibus in rogandis ſententiis à Conſiliariis aſſurgi conſuevit, atque ab omnibus, cum Curiam ingrediuntur præeuntibus apparitoribus aut ea egrediuntur: quemadmodũ mos erat Romæ, ut introeunte Conſule lictor admoneret populum ut animadverteret, cederetq; adventanti Conſuli. Sueton. in Iulio c. 80. Quinto Maximo ſuffecto trimeſtrique Conſule theatrum introeunte, cum lictor animadverti ex more juſſiſſet, ab univerſis conclamatum eſt, non eſſe Conſulem eum, poſt remotos Cæſetium & Marullum Tribunos. Iſque honor apud nos non niſi jam longo uſu forenſi exercitatis mandari ſolet gratuita Principis munificentia. Itaque ipſe Curiæ decurio cum jus dicit, nemini præterquam Regi honore ſedendi cedit. Romæ fuit Senatus Princeps, qui non ut hic ſententiam

roga-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

ógaret Senatores, ſed à Cenſore primus ſententiam rogaretur, & ad quem literæ publicæ ad Senatum miſſæ perferrentur: qualis Valerianus Maximino imperante. Secunda inquiſitionum decuria ſacerdotibus quatuor & viginti, & ſexdecim vulgo laicis vocatis conſtat, quæ in tertiam ſubdiviſa eſt à Carolo VII: quarum cuique additi Præſides duo. Quarta à Franciſco Rege conſcripta (novam appellant) atque quinta, quam Domanii claſſem dixere, quod ad eam provocatione cauſæ canonariç devolvantur. Sexta eſt libellorum Magiſtrorum, quæ ante ampliatum numerum tertiam ſedem ſibi vendicabat: de qua jam à me pluribus. Septima Recuperatorum palatinorum, qui cauſas judicant miniſtrorum regiorum, conſiliariorum, advocatorum, cognitorum, ſodalitiorum aliquot, Ponticum, Curiæque apparitorum: à qua, atque à ſexta, ad primas illas ſummæ juriſdictionis claſſes provocatur. Fuit vero tempus quo Curia centenarium numerum non expleret, additis duodecim Franciæ primis & octo libellorum præfectis: at Franciſcus Rex numerum auxit adſcriptis hiſce majorum gentium Conſiliariis, primo viginti, deinde duobus & triginta, & in eas (ut diximus) decurias diviſis. Franciſco vita functo Hen-

ricus illam Conſiliariorum turbam ad numerum priſtinum redegit, atque ut viam præcluderet per gratiam & præmia tantam dignitatem ambientibus, non niſi probatos & doctrina & moribus, quique trigeſimum annum attigiſſent, in Curiam cooptari ſtudioſe cavit, non ſine antiquorum exemplo. Nam fuit lex annalis vel annaria Romæ, quæ præſcribebat Romanis, quænam eſſet ætas legitima ad petendum magiſtratum: atque Auguſtus judices à trigeſimo ætatis anno allegit, idemque affluentem Senatorum numerum (quos abortivos vulgus vocabat) ad modum priſtinum & ſplendorem revocavit: & Alexander Severus eorum nomina quibus magiſtratus mandabat, ſolebat in albo proponere, ut ipſorum virtutes & vitia innoteſcerent, & quo quiſque honore dignus eſſet populi judicio exploraret. Demum ſolenne eſt XIX Calend. Septembris juſtitium indicere, Principis diplomate, quod pri die Idus Novembris remitti ſolet: qu die cauſarum patroni & cognitores i verba Curiæ adiguntur. ne quod ver tempus periret à juriſdictione, atque a provocationum illam colluviem exhau riendam quæ ad Curias devolvuntu ſancitum ut partim ſupremæ Curiæ Pr ſides aliquot, adhibitis tredecim Con
ſiliarij

ariis, octo vocatis laicis, & quinque
erdotibus, controverſiis civilibus &
axime capitalibus dijudicandis præeſ-
it, partim conventus juridici ageren-
r in urbe regio reſcripto deſignata. Ma-
os dies appellant, conſtantque ſupre-
arum Curiarum Conſiliariis, à quibus
ovocatio non eſt: hique cauſas Prin-
pis edicto ad certam ſummam defini-
s judicant, & Præfecturarum regio di-
omate comprehenſarum. Denique o-
nibus Conſiliariis ſententiam dicendi
s eſt (opinari vocant ab opinionum diſ-
iiſitione) cum à Præſide ſententias ro-
antur. quod ſi utrinque calculi æquales
nt, duo ad alias claſſes dimittuntur qui
iam cujuſque ſententiam tueantur: ſin
inor ab una parte eſt numerus cenſen-
um, numerantur ſententiæ (ut eſt in
roverbio) & non ponderantur, majorq;
ars interdum meliorem vincit. Quam-
is Philippi Pulchri conſtitutione libe-
um fuerit Præſidibus, aut ex majoris
artis ſententia, aut ex cenſentiũ & cauſę
ravitate rem decernere. Cumque olim
gebatur de aliquo in demortui locum
ooptando collegarum reliquorum ſuf-
ragiis, præſente Cancellario Principi lau-
labatur, qui in alterius locum ſubſtitue-
etur, & plerunque inviti ad tantum mu-
ius vocabantur: verum noviſſimis tem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

poribus factum eſt ut divitiarum, non hominum, ſit hic magiſtratus. Huic porro magiſtratuum ordini, veteri Francorum lege, negotiatione eſt interdictum, vetitumque ne ea enuncient quæ communi conſenſu inter ſe ſanxerint. ſicque Romæ lege Clodia ſcribis Quæſtorum prohibita erat negotiatio: & Areopagitis nefas erat effutire conſilii acta: atque illis prohibitum quicquam à litigantibus accipere, aut Curia abnoctare. Sic ſummo Heduorum magiſtratui qui Vergobretus dicebatur, non licebat eorum finibus excedere: atque Auguſtus cavit ne Senatores ſine commeatu ex Italia proficiſcerentur, præterquam in Siciliam & Provinciam. Sunt vero cauſarum genera quę primo judicio apud ſupremas Curias agitentur, nempe Regaliorum, & duodecim Franciæ Primorum: atque à Iuridicis ad eas provocatio eſt, pœnamque temerariæ provocationis ſanctiones regiæ jubent eſſe ſexaginta librarum Pariſienſium, (ita vulgo appellant) ſoletq; Curia adverſus provocatorem perperam provocantem, mulctam irrogare: unde ſuus illi eſt mulctarum coactor. exactorem appellat Vlpianus. Sic Nero ſtatuit appellationes à Iudicibus ad Senatum fieri. Tacitus lib. 14. in Nerone, Auxit Patrum honorem, ſtatuendo ut qui à privatis judici-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

icibus ad Senatum provocaviſſent, ejuſ-
em pecuniæ periculum facerent, cujus
i qui Imperatores appellavere. nam an-
ea vacuum id ſolutumque pœna fuerat.
At, quoniam jam à me dictum eſt crimi-
um cognitionem ad Curias haſce per-
inere, non abs re fuerit ſcribere, diviſam
ſſe à reliquis claſſibus decuriam quæ rei
apitali præeſt. (Tornellam appellant, id
ſt turriculam) in qua ſedent alternis vi-
ibus ſolo trimeſtri, cum Præſide uno
ut altero, exceptis ſacerdotibus Caroli
eptimi edicto, quibus Pontificii Cano-
nes criminum cognitione interdicunt.
Porro quatuor ſunt Amanuenſes Curiæ,
ſcribæ tres, (graphiarios vocant) præter
mmenſum illum gregem qui Curiæ eſt
ab actis, & apparitorum ſive viatorum
catervam. Itaque cum Curia Pariſienſis,
tam longe propagatis finibus imperii,
cauſis dijudicandis non ſufficeret, addi-
ta Parlamenta alia, iiſque ſuus cuique li-
mes datus. Ea ſunt Toloſanum, Gratia-
nopolitanum, Aquenſe, Burdegalenſe,
Divionenſe, Rotomagenſe: & quod ab
unoquoque definitum fuerit, eandem
habet auctoritatem, quam Pythagoras
apud ſuos. Omnium latiſſimos fines ha-
bet Pariſienſe, æqualis tamen cum aliis
dignitatis. Curiam Toloſanam inſtitu-
tam volunt à Philippo Pulchro anno

 MCCCXX

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

MCCCXX, & poſtea à Carolo VII renovatam. Quod ad Gratianopolitanam attinet, Vmbertum Delphinatium Principem conſtat concilium Iuriſperitorum habuiſſe qui populis jura redderent. Deinde collegio illi Iuriſconſultorum (ut fere variant hominum conſilia) Parlamenti nomen inditum. Divionenſem inſtituit Philippus Burgundię Dux, cui à morum integritate Boni cognomen fuit. Normani ut haberent qui domi jus redderet à morte Rolonis eorum Ducis, conventum juridicum Rotomagi inſtituere: quæ Normaniæ metropolis eſt. Scacarium pro ſtatario vocabant, quem per veris & autumni tempus cogi oportebat: cui ſimilis noſtris temporibus Alenconii fuit, vivente Margarita Franciſci Regis ſorore. Verum Georgii Ambaſiani Archiepiſcopi Rotomagenſis apud Ludovicum XII auctoritate & gratia, conventus ille indictitius, perpetuus eſſe cœpit: nihilque ab eo Rege prætermiſſum quod ad Burdegalenſis Parlamenti ornamentum & dignitatem pertineret: cujus ipſe conditor fuit. Non deſunt tamen qui hujus Carolum VII auctorem ſcribant. Aquenſem idem inſtituit, cum prius à Comitibus Provinciæ conſilii nomen nacta eſſet.

Pro-

Procurator generalis Regis & duo Advocati regii.

COnſtat hoc Triumvirorum colle-
gium Advocatis duobus & Cognito-
uno: quo ſubſcribente criminum per-
cutio & animadverſio fit, conſtitutio-
es, edicta & diplomata promulgantur,
in Curiæ acta referuntur : adhæc ut
ribuni Romani interceſſionem, & ut
ugures obnuntiationem habet, & in
naquaque Præfectura Procognitorem.
ubſtitutum vocant. Hanc vero advo-
ationem regiam, gentes regias vulgo
ppellant. Nam mos eſt apud nos gentis
ppellatione multitudinem vel colle-
gium ſignificare, ut gentes juſtitiæ, gen-
es eccleſiæ, gentes libellorum palatino-
um cum recuperatores illi palatini no-
minantur, & gentes tenentes Curiam
Parlamenti quod ſæpius edicta Princi-
pum continent.

Magnum Conſilium.

IN hoc unum incubuerunt Franci Reges, ut quos bonis moribus, virtutibus plurimis, doctrina præditos & ornatos viderent, illis honores dignitateſq; conferrent, illis legationes obeundas traderent, illorum prudentiæ rerum ſummam committerent, deniq; in illis collocatam

vel-

vellent omnem totius regni majeſtatem: tametſi nobiles Franci ita perpetuò à literis abhorruerint, ut illis literarum ſtudium ſordidum videretur : quorum liberi cum ejus ætatis eſſent ut laborem equeſtrem ferre poſſent, familiis Principum & procerum addicebantur: ubi aliquot annos, quoad pubeſcerent, equitandi & venandi ſtudiis dediti, cum ex ephebis exceſſiſſent, militiæ totos ſe dabant. At nunc Dei primum, deinde Franciſci Regis benignitate in literatos literarumque ſtudioſos, quod ante vitio vertebatur, nunc laudi tribuitur. Itaque poſt Curias inſtitutas Reges Franci conſilium hoc aulicum ambulatorium atque aulæ aſſeclam coëgerunt, quod Magnum ab auctoritate vocarunt : cujus caput eſt Cancellarius : quod initio menſtruum fuit: ad idque referre ſolebat Rex de rerum ſumma. Verum quum Carolus VIII cognoſceret Cancellario tãtum otii non eſſe ut implicare ſe poſſet pluribus negotiis, edicto ſtatuit ut cum Cancellario & libellorum Magiſtris ſeptem & decem Conſiliarii crearentur laici (ut appellant) & ſacerdotes. Poſtremo Ludovicus XII Antiſtitem unum adſcripſit, & Conſiliarios duos, & Secretarios totidem : quorum unus Actuarii vice fungeretur. His auctoritas ea ſumma data, quæ ſupremis

Curiis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

iis: quos ſemeſtri tantum alternis vi-
s conſilio adeſſe oportet. ſicque Au-
us conſilia ſemeſtria inſtituit (Xiphi-
s συμϐούλους ἐς ἑξάμηνον, id eſt, in
menſes vocat) cum quibus ipſe de re-
ad Senatum referendis ante tracta-
. Diſceſſuris vero domum ſtipendia
ege præſtantur multo majora, quam
iarum conſiliariis quæ ſupremam
ſarum diſceptationem habent: qui-
non licet conſilium hoc aulicum in-
di, nec hiſce viciſſim Curias. In ſum-
à prætoriano judice ad Curiam hanc
vocatio eſt in cauſis civilibus: ad
um Principis diplomate & legibus
ſæ multæ mandari ſolent, & maxime
ties inter duo ſuprema tribunalia de
jurisdictionis finibus eſt controver-
, vel aliquis adverſarii apud eas gra-
m reformidat: atque Franciſci edicto
efecturarum Eccleſiaſticarum jura
troverſa huic judicum decuriæ attri-
ta. Suus quoque Præſes datus Vido
eleus, vir variæ & lectionis & doctri-
. adhæc Cognitor & Advocatus re-
s. Cogitur vero conſilium hoc hora
tima, & à prandio tertia: at decima
quinta dimitti ſolet.

Ba-

Balivi & Seneſchali.

QVando jam eo ventum eſt ut nob
de juridicis dicendum ſit, comm
dum facturus videor, ſi prius oſtende
quo jure utantur Franci, deinde de juri
dictionum varietate paucis diſſeruero.
tuntur vero jure partim moribus conſt
tuto vel introducto (ut Iulianus Iuriſco
ſultus appellat) partim legitimo (ſcrip
vocant) hinc illa provinciolarum divi
in juridiciales, & eas quæ jure in mor
recepto utuntur, hoc eſt, jure civili R
mano vel conſuetudinario adminiſtra
tur. Apud eos quoque judicum quatu
ſunt decuriæ. Vna eſt infimorum. M
jores appellant, à verbo Germanic
Meier (quod Præfectum ſignificare
Beati Rhenani ſententia diximus:) La
nitatis ſtudioſi Demagogos vel popu
Magiſtros, ut olim Dictator Romæ dic
batur. Altera eſt habentium merum in
perium, ut ſunt judices Caſtellani: h
enim verbis nobis utendum fuit. Tert
eſt ad ſupremas Curias convenientiu
de quibus hoc loco. Quarta ſuprem
rum tribunalium. Sed ut ad rem veni
mus, mihi ſemper dubium fuit Balivi
& Seneſchali inter paludatos an inter t
gatos ſint numerandi, quod ſine diſc
mine apud Francos hoc magiſtratu fu
gunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

ntur viri militares & togati: de qui-
s, ut de pleriſque noſtris rebus, in tan-
præſertim ſcriptorum inopia, nihil
ti afferri poſſe puto: licet non deſint
i ſcribant, eorum primas partes fuiſſe,
evocatos ad bella ducerent, eo maxi-
tempore quo nondum ſtipendia per-
verentur militibus, cujus rei apud nos
ſtigia ſuperſunt, cum ſcilicet regio edi-
evocatio fit. Ad etymologiam quod
tinet, quidam dicunt *Sen*, vetus ver-
um, juſtitiam ſignificare, & *Scalcum*
æfectum, atque dici quaſi juſtitiæ prę-
ctos. ſed divinare eſt. Hi porro Philippi
ilchri conſtitutione aliquid per vica-
os agere prohibebantur (niſi morbo
s juſta occaſione impediti) vel aliquod
unus accipere quod vel ad edulium u-
m pertineret, contra Vlpiani ſenten-
am ex Antonii epiſtola: dicebatque
eſcennius Niger, judicem nec dare de-
ere, nec accipere. Itaque Carolus VII poſt
nglos Francia pulſos edicto ſanxit, cum
geretur de Iuridico in locum demortui
ligendo, ſuffragiis Patroni, & Cognitoris
egii, Iuriſperitorum, prius tamen jura-
orum Principi, ederetur vir frugi cui
magiſtratus committeretur: quem extra
uæ præfecturæ terminos habitare leges
non ſinebant. Olim vero moris erat Iu-
idicis Subjuridicos ſibi eligere, ſed (ut
variant

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

variant humana, & brevi momento r
cte ſtabilita ruunt) ipſis poſtea Regis libi
to Suppræfecti dati : qui diſquiſitis ſen
tentiis eligebantur, eoſque docturæ v
ſub docturæ inſignibus ornatos oport
bat: hiſque, ut Iuridicis, annui loco ſta
tum & præſcriptum fuit ſtipendium e
Principis fiſco, ut abſque ulla ſordium
labe jus dicerent, præter judicandi ſpo
tulariam mercedem, (vocant δικαστικὸ
alii) ſicque Severus ſuis aſſeſſoribus ſala
ria conſtituit. quinetiam Francorum le
gibus illis minime licet mercaturã exer
cere, quod omnis negotiatio etiamſi co
pioſa, illis ſordida videatur: ut apud The
ſpienſes turpe cenſebatur artem didiciſ
ſe, vel arvo colendo operam dediſſe. A
quoniam judicem oportet amoris pari
ter ac odii, gratiæ & injuriæ obliviſci (e
enim ſolent aciem oculorum præſtrin
gere judicibus, & maxime apud ſuos a
gentibus) Philippi Pulchri & Caroli V
conſtitutionibus prohibitum eſt quem
ſuæ patriæ Iuridicum fieri, Cleonis ex
emplo, qui magiſtratum initurus, amici
vocatis teſſeræ amicitiæ renuntiavit
quod nullum probum judicem diceret
qui amicorum aliquam rationem ha
bendam putaret. contra Themiſtocle
magiſtratum ſuſcepturus, amicos hor
tatus eſt, ejus opera uterentur: ſiquiden
veniſſe

veniſſe tempus dicebat, quo ſe amicum profiteretur. Ea certe cauſa eſt ut peſſimo publico honoratos potius quam doctos, liberos noſtros velimus, & ad jus civile diſcendum illotis manibus rapiamus: ex cujus ſtudio brevi ſperamus ut ad maximas facultates gloriamque perveniant. Quarundam vero cauſarum propria & peculiaris cognitio Iuridicis eſt, nempe canonis regii locandi, evocationis, clientes regios in fidem admittendi, nobilium lites dijudicandi, illiſque tutores & curatores dandi: ad eoſque pertinent lites ædium ſacrarum Regis liberalitate & munificentia dotatarum, ut ſartæ tectæ conſerventur: tum ſi de cujuſvis reſcripti regii viribus agatur. Ad hæc quædam crimina ſuo jure ſibi vendicant, quę privilegiaria vulgo appellant: veluti ſi publica fides violetur, de vi armata diſceptetur, aliquod læſæ majeſtatis crimen admiſſum ſit: ab hiſque ad ſuprema tribunalia provocatur: apud quæ ipſi in verba legitima Principis ſacramento adiguntur, neque ante moribus noſtris ſtipendia perſolvuntur magiſtratus ineuntibus. Sic ſcribit Aſconius judices ſolitos Romæ in leges jurare, ut obſtricti religione melius judicarent: jurabantque ſe citra diſcrimen jus unicuique reddituros. Eſt apud Cæſarem Vergobreti He-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

duenſis mentio, qui erat apud eos ſummus magiſtratus. Hodie Vierg Heduenſes nuncupant: unde Vigerios appellatos quidam putant, literarum mutatione, incerto forte judicio: alii Vigerios, quaſi vicarios Principis dictos putant: quemadmodũ vicereges, pro vices regias gerentibus. Itaque hoſce Iuridicos Proconſules aut Præſides dici non poſſe cum G. Budæo contenderim, tametſi eos judices præſidiales vulgo appellent. Nam (ut ait Macer Iuriſconſultus) appellatione Præſidis & Proconſules & Legati Cæſaris continentur. Prætores quidam appellant improprie, quod apud noſtros non ſit publici & privati juris poteſtas, ut apud Romanos G. Budæus Iuridicos & Præfectos vocat, eorumque juriſdictiones Præfecturas: quæ dicuntur (teſte Feſto) in quibus jus dicitur, & nundinæ aguntur. Diœcetæ quoque dici poſſunt; diœceſes, Præfecturæ: quod verbum Eccleſia Romana uſurpavit.

Theſaurarius chartarum.

CHartophylax vel ſanctiorum ſcriniorum Præfectus curam habet monumentorum ad regnũ pertinentium, quæ ad ſacellum illud Palatinum Lutetiæ ſervantur. Eo munere avum, patrem, fratrem functos ait G. Budæus, alter ſæculi

noſtri

noſtri Varro. at ipſe bibliothecæ regiæ præfuit, quam Bleſis confecerunt Principes, miſſis hominibus, qui ex Italia, Græcia, atque prope univerſo orbe, magnis ſumptibus libros conquirerent, & adhibita ſumma diligentia exſcribendos curarent.

VINCENTII LVPANI
COMMENTARIORVM *De* MAGISTRATIBVS ET PRÆFECTVRIS FRANCORVM

Liber tertius.

PRÆFATIO *AD* IANOS DORNAM CORDVBAEVM & Maumontium, amicos.

CVm relicta illa Pariſiorum luce Carnutum cum imperio migraſſem, amici Dorna & Maumonti, conſtitutis aliqua ex parte rebus domeſticis nihil certe antiquius habui, quam primo quoque tempore manum calamo admovere, vobiſque à me tertium Commentariorum noſtrorum libellum de Magiſtratibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

Francorum jure veſtro efflagitantibus publice legendum proponere. Nam ſatius erat (ut prudenter monebatis) non incepiſſe, quam incepta deſerere: cumque duas operis partes abſolviſſem, neceſſe dicebat uterque veſtrum oportere addi hanc tertiam, ne ut Apelles Veneris capite tantum abſoluto, reliquo vero corpore delineato, opus imperfectum relinquerem. Vrgebat præterea typographus, ut promiſſa apparerent. Quamobrem cum in eo diligentiam & ſtudium omne meum à vobis requiri facile intelligerem, meam apud vos fidem liberare conſtitui: quibus tantum certe tribuo quantum haud ſcio an nemini. Ad quod etiam me invitant morum conſenſus, mutui jam ab adoleſcentia convictus, & paria bonarum artium ſtudia: quæ omnia indiſſociabili inter ſe amore, veluti ſympathia quadam, homines inter ſe conjungunt. Itaque hoc à me, veluti μνημόσυνον amicitiæ noſtræ, habete, & Lupanum veſtrum, ut ſoletis, amate. Carnuti, Calendis Ianuar. MDLX.

Domanium Regis.

POſtulat inſtituti mei ratio, ut priuſquam reliquum perſequar, paucis, ſeparatim tamen, de trium penſitationum generibus ſuo quoque loco verba faciam: quarum primas ſibi vendicat Ca-

non.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

on. Domanium Regis noſtrates appel-
ant: Iuſtinianus ſacrum patrimonium,
t vulgo patrimonium divi Petri: quod
liter terras Eccleſiæ vocant. Qua lo-
uendi forma Canones Pontificii ingen-
es illas Eccleſiæ opes, obventiones, redi-
us, oblationes (quibus diſpenſandis ſoli
lim Epiſcopi præerant) pauperum pa-
rimonia nuncupant. Canonis vero no-
mine continentur poſſeſſiones & prędia
Herodianus in Pertinace κτήματα βα-
σιλικὰ vocat) quę alienare moribus no-
tris fas non eſt. Præterea portoria quæ
x mercium invectione & revectione, id
ſt, in introitu & exitu urbium vel alio-
um locorum colliguntur. Iſagogica &
Exagogica ea cauſa appellabis. Romæ
proventus ex quatuor potiſſimum rebus
onſtabat: ex portu (unde Portitores) à
uo erant mercium ſubvectiones: &
criptura (id eſt ex pecore) unde Scriptu-
arii: ex decimis frugum (inde Decuma-
i & Frumentatores) & ex ſale: qui ſali-
arum reditus ab Anco Martio Rege in-
titutus eſt: ſed ſalinarium vectigal Livius
n Cenſura commentus eſt, & ob id Sali-
ator dictus. In Canone quoque Gallico
enſentur rerum venum propoſitarum
& metallorum proventus. Adhæc clien-
te earum jus quoddam ab his debitum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

qui ſe Regum beneficiarios haud dubie fatentur. Quinetiam cum fundi emptor codicillos apud Coactorem intra quadraginta dies profiteri lege municipali cogitur, tenetur etiam quintum & ſubquintum ſolvere pretii quo fundus clientelaris comparatus eſt. Præterea Canoni adſcribi ſolent regalia, id eſt, jura perfruendi bonis & prædiis Antiſtitum, donec qui in demortui locum ſuffectus eſt, præeunte Cancellario nomophylace, jurejurando fidem Regi obſtrinxerit. Eo quoque numero haberi ſolent adeſpota vel hermæa, quæ nullum dominum & aſſertorem habent. nam fiſci ſunt: quamvis cujuſque loci Regulus (ſic enim Cæſar appellat) merum imperium habens, idem ſibi juris in illis adeſpotis vendicet. Hic tamen rem inventam certo definitoque tempore adſervare debet, dum is cujus eſt, perquirere, perquiſitamque & repertam, eam repetere poſſit. Refert Strabo, fuiſſe in Ægypto magiſtratum, qui ἴδιος λόγος dicebatur, cujus erant partes adeſpota ſcrutari. Ad Regem quoque pertinet commiſſa ob delictum aliquod admiſſum, mulctæ quoque pecuniariæ, & caduca (id eſt bona allophyli mortui, indigenæ jure minime donati) atque ejus qui juſtis nuptiis non eſt procreatus. nam utroſque noſtrates Albinos

vocant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

vocant. Canoni quoque addi poſſunt multa vectigalia, quæ recenſere infiniti eſſet operis. Quare finem facio.

Quatuor Theſaurarii Franciæ.

FIſcum ab ærario differre patet ex Plinii panegyrico ad Traianum, cui Boni cognomentum fuit. Eſt enim hoc publicum & Imperii, ille vero Imperatoris. Qua ratione factum eſt, ut quos vulgo noſtrates Theſaurarios vocant à theſauro ſumpto vocabulo, Latinæ linguæ ſtudioſi fiſci Præfectos nominent: Iuſtinianus in tractatu Codicis de canone largitionalium titulorum, Præpoſitos theſaurorum: de quorum inſtitutione nihil unquam reperi. Sunt itaque apud nos quatuor, quibus Canonis adminiſtrandi & diligenter inſpiciẽdi cura eſſe debet: quorum etiam cenſuræ quicquid ad Canonem pertinet, ſubjicitur. Nam poſſeſſiones, prædia, ædes ad fiſcum pertinentes circumire quiſque intra ſuæ præfecturæ terminos debet, eaſq; ſartas tectas conſervare: ſi quid refectione indiget, curatores operum adhibere, augendis fiſci proventibus omni cura & ſtudio incumbere; nec non olim de univerſi Canonis, præterquam regaliorum, litibus cognoſcebant. Verum nunc in ipſa Iudicum canonariorum (cameram theſauri appellant) claſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

ſedendi primo ac honeſtiſſimo loco, & ſententias dicendi illi jus eſt, præſuntque ſuſceptoribus (quod humile & turpiſſimum genus quæſtus exiſtimatum eſt à Romanis) qui magna diligentia undequaque conquiſitas pecunias & loculis obſignatas, ad Tribunos ærarios deferendas curabant: qui inde eas numerabant illi cui univerſi Canonis ſuſcipiendi non ſolum cura, ſed procuratio commiſſa eſt. Campſorem Theſauri appellant. Propterea non deſunt qui hunc Comitem ſacri patrimonii appellant. Is vero referri in gazophylacium jubebat, id eſt, omnem illam pecuniam apud Theſaurarium Epargnæ deponebat. Sic itaque in Actorum Apoſtolicorum cap. 8. Eunuchus ille Æthiops qui præerat gazis Candaces Reginæ, & à Philippo eſt baptizatus, vocabatur ὁ ἐπὶ πάσης τῆς γάζης. Vtrumque vero arcarium appellabis Latine, voce à Iuſtiniano & Scævola uſurpata. At alii Theſaurarium illum Epargnæ, Comitem ſacrarum largitionum cenſent nominandum. Id tamen doctorum judicio relinquendum exiſtimo. Denique Franciſcus Rex univerſæ gazæ curam ab illo ad hunc transferri voluit, eamque Lutetiæ in arce Luparæ recondi edicto ſtatuit: ad quam cuſtodien-

diendam ex ſtipatoribus Regiis duo excubarent. Athenis ærarium fuiſſe ſcimus in arce poſt ædem Minervæ (quæ ob id ὀπισθόδομος dicebatur) & Romæ in æde Saturni.

Camera Theſauri.

PRæfectorum fiſci munus olim fuiſſe diximus lites Canonarias dijudicandi: poſtea tamen cum auctis finibus Imperii negotiorum multitudine præpediti à jure dicundo avocarentur, Iuriſconſultus unus adhibitus eſt, qui eorum nomine vicariam litigantibus operam præſtaret, eique ea cauſa tres deinde adſcripti, ut cuique Præfecto fiſci ſuus Suppræfectus eſſet: qui poſtea Magiſtratus creati, ac, mutato nomine, Conſiliarii theſauri vocati ſunt. Sed hoc per manus traditum mihi narravit Carolus Furnerius, amicus meus ſummus, & hujuſce judicum decuriæ conſiliarius. Conſtat hanc judicum canonariorum claſſem poſt exactos Anglos à Carolo VII inſtitutam, vel (ut alii malunt) tantum renovatam. Cameram noſtrates appellant, ea loquendi forma qua ſupremarum Curiarum claſſes Cameræ vocatæ ſunt. Itaque, ut à nobis jam dictum eſt, quatuor primum creati Conſiliarii: verum unum huic numero allegere è Republica viſum eſt qui colo-

phonem adderet, ſi forte ad ſententiarum æquilibrium deveniſſent. Regnante Franciſco tres adſcripti huic magiſtratuum collegio, nuncque legitimus eorum numerus eſt octonarius: à quibus ad quintam Curiæ claſſem (quam Domanii cameram vocant) provocatio eſt. Suus eſt hiſce Octoviris canonariis apparitor, & cognitor, & advocatus regius: quibus in cauſam deſcendentibus, ob non præſtitum obſequium, clientelaribus prædiis, nec non adeſpotis manum injicere licet.

Auxilia.

SEcundi generis vectigal noſtrates auxilia nuncupant, quod precaria & ſubſidiaria fuerint, atque à popularibus olim Reipublicæ Romanæ ac noſtris Regibus delata. Tale fuit aurum coronarium ab Imperatoribus Romanis ſæpe Italiæ remiſſum. Eſt vero Francis viceſima, aut octava, aut quarta (ut in Normania) vini & rerum promercalium, & ſalis tributum: quod alii à Philippo Valeſio, Paulus vero Æmilius à Carolo V inſtitutum volunt. Ejus rei nomine quantos tumultus excitarint Rupellani Rege Franciſco, ac eo vita functo Burdegalenſes, mei inſtituti non eſt recenſere. Eſt in Annalibus Francis, Philippum Pulchrum non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

non modo rerum venalium, ſed omnium redituum primo centeſimam, deinde quinquageſimam indicere populo Gallico voluiſſe: idque Malatoſtam vocabant. Philippus item Longus quintam ejus quod quiſque poſſideret, imponere populo tentavit. Quantam vero, Carolo Rege ſexto, viceſima ab Andium Regulo exacta, Lutetiæ in foro olitorio ſeditionem fecerit, cæſo exactore regio, neminem vel mediocriter in hiſtoria Francica verſatum latere puto. Fuere quoque Romanis hujuſcemodi tributa, ducenteſima, centeſima, quinquageſima, quadrageſima, viceſima (de cujus legibus primum Aulum Offilium ſcripſiſſe Pomponius Iuriſconſultus tradit) decima, & quinta: Neroque Claudius quintam & viceſimam venalium mancipiorum indixit.

Talea.

LVdovicum undecimum regnandi peritiſſimum, dicere ſæpe ſolitum accepimus, cum immenſas Regni Francici opes oſtentaret, ſe pratum longe optimum & graminoſum habere, quod, quoties fœniſecio opus eſſet, ſecaretur. Atque Maximilianus Imperator (quem à pecuniæ inopia pocodinarium nuncupatum Italico vocabulo audivi) dicere conſue-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

ſueverat Regi Francorum chryſomalas eſſe oves, annuens, pitharchicos Francos nullum tributi à Rege impoſiti onus recuſare. Itaque præter à me jam dicta vectigalium genera tertium hoc penſitari ſolet, quod provinciales ſtipendiarii Romanorum etiam reclamantes & inviti agnoverunt. Conſtat vero, regnante Philippo Valeſio, communi trium ordinum conſenſu ſtatutum fuiſſe, ne collecta indiceretur, præterquam ad maximas belli neceſſitates de Panceltii ſententia: ſed nunc addi ſolet ſuperindictio, vel (ut vocant) auctuarium, quod Marcellinus appellat augmentum indictionale. Indictionem apud nos pendere ſolent incolæ villarum, vicorumque, atque urbium, non tamen inſignium aut immunium. Nam quædam Principis diplomate immunitate donatę ſunt in perpetuum, aut nonnunquam ad tempus. Sic Titus Flaminius, Philippo Macedonum Rege profligato, omnes Græciæ urbes juſſit eſſe immunes: idque in publico Iſthmiorum ſpectaculo per pręconem pronuntiatum eſt: & Cois Claudius immunitatem tribuit: & Pertinax colentibus agros decem annorum ἀτέλειαν conceſſit. Idem ipſe Claudius Cæſar Ilienſibus quaſi Romanæ gentis auctoribus tributa in perpetuum remiſit. Verum noſtros Reges

longe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

longe optimos, imo juſtos (quod nulli adhuc Principi eſſe contigit) exiſtimabit, qui ab ipſis vectigalia impoſita cum Romanorum & aliorum Imperatorum tributis comparaverit. C. Caligula vectigalia nova atque inaudita primum per Publicanos, deinde quia lucrum exuberabat, per Centuriones Tribunoſque prætorianos exercuit, nullo rerum aut hominum genere omiſſo cui non tributi aliquid imponeret. Pro eduliis quæ tota urbe venirent, quid certum ſtatumque exigebatur. Ex gerulorum diurnis quæſtibus pars octava, ex capturis proſtitutarum quantum unaquæque uno concubitu mereret: additumque caput legis, ut tenerentur publico & quæ meretricium, & quæ lenocinium feciſſent. Sic Romæ & Bononiæ ſcorta quæ ſuo corpore quæſtum faciunt, vectigal menſtruum perſolvunt. Quod Alexander Severus vetuit (ut Lampridius in ipſius vita memoriæ mandavit) & lenonum & exoletorum vectigal in ſacrum ærarium inferri noluit: ſed ſumptibus publicis ad inſtaurationem theatri, circi, amphitheatri, & ærarii deputavit. Veſpaſianus Auguſtus non contentus vectigalia omiſſa ab Galba revocaſſe, nova & gravia addidit, auxitq; tributa Provinciis, & nonnullis duplicavit: reprehendentique filio

Tito

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

Tito quod urinæ vectigal commentus eſſet, pecuniam ex prima penſione admovit ad nares, ſciſcitans num odore offenderetur: & illo negante; Atqui (inquit) è lotio eſt. Alexander Severus braccariorum, linteorum, vitreariorum, pellionum, plauſtrariorum, argentariorum, aurificum & cæterarum artium vectigal inſtituit. D. Aurelianus tributum vitri, chartæ, lini, ſtupæ conſtituit. Verum (ut iſta omittamus) ea optima ratio augendi vectigalis ſemper mihi viſa eſt, quæ ſumptum minuit: vereque ab illo uſurpata vox eſt, non intelligere homines quam magnum ſit vectigal parſimonia, licet tributis conſtare Rempublicam plerique affirment. Quare bene Cicero monet in Officiis, dandam eſſe operam his qui Rempublicam gubernant, ne tributum ſit conferendum. Nero improbiſſimus ſæpe dubitavit, an cuncta vectigalia juberet omitti, idque pulcherrimum donum generi mortalium daret: ſed impetum ejus, multum prius laudata magnitudine animi, attenuere Senatores, diſſolutionem imperii docendo, ſi fructus quibus Reſpublica ſuſtinetur, diminuerentur. Cæterum optimus quiſque Princeps vectigalia aut remiſit, aut minuit: quorum exempla licet ex Græcis & Latinis ſuppetant, contenti tamen erimus

unc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

no Carolo VIII, quem ſemper de abo-
ndis vectigalibus cogitaſſe legimus, ni-
illum mors præpropera eripuiſſet. Pa-
ſienſem quendam accepimus, cum
rincipi auctor fuiſſet novi & inſoliti
ectigalis imperandi ſuis civibus, in cloa-
, quę ad divi Euſtachii eſt Lutetiæ (Pon-
leſium vocant) locum ſepulturę elegiſ-
. Mahometi Turcarum Imperatori (qui
onſtantinopolitanum & Trapezunti-
um Imperium ademit Chriſtianis, at-
ue regna duodecim) religio fuit vectigal
ovum inſtituiſſe, quod moriens ſupre-
is tabulis tolli juſſit.

Quatuor Generales Franciæ.

Olenne eſt Regibus Francis quotannis
breviarium totius regni conficere (Sta-
um generalem appellant) in quo edicit
rinceps quid de canone, oblatione, atq;
dictione, omni deniq; regio proventu
eri velit, num tributa augeri, & decimas
ſacerdotibus indici velit. Si bellum im-
inet, quam pecuniam in diverſos ſum-
tus erogari cupiat, in lautia, militum ſti-
endia (quæ omnia pro arbitrio augeri
el minui jubet) & quam etiam pecunia-
um ſummam in alimenta miniſterii au-
ci impendi cupiat: quando omnia hoc
co commemorari non poſſunt. Eodem
xemplo à Quæſtoribus & Tribunis ęra-
riis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

riis (i. à quatuor generalibus) diligente
conjecta ad coactores oblationales & in
dictionales mitti ſolent, ut vectigal ſti
pendiarium colligant, & apud Arcarium
deponant. Quæ omnia à nobis, cum Præ
fectorum fiſci mentionem fecimus, ex
poſita ſunt.

Electi.

QVintius quidam Philopœmenem A
cheorum Prætorem irridebat, quo
illi manus & crura eſſe, ventrem autem
ipſum non habere diceret, his verbis in
nuens Quintius, Philopœmeni exercitum
eſſe inſtructiſſimum, verum ipſum in
maxima rei nummariæ difficultate poſi
tum: quæ ſola res præclaros belli duce
à rebus bene gerendis avocavit. Itaque
cum Regibus noſtris ex canone ad alen
dum comitatum, ad tumultuarios bel
eventus, pecuniæ belli nervi non ſuppe
terent, collectam à popularibus exigi pla
cuit: quæ non ut hodie quotannis pen
debatur, ſed de Panceltii ſententia ad a
lendos exercitus imponebatur: ipſaqu
pecunia collecta in arcis recondebatu
per Diœceſes vel Epiſcopatus, ſelectiſqu
viris (qui ad id muneris trium ordinum
conſenſu deligebantur, vocabanturqu
electi, ſervato etiam nunc nomine) cuſto
dienda tradebatur: ac per Diœceſes cer
tus militum numerus dicebatur, qui in
vi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

iti nomen militiæ darent, eaque pecu-
ia alerentur. Poſtea tamen Rege Ca-
olo VII in publico totius Galliæ conſeſ-
u decies octies centena millia librarum
Gallicarum colligi placuit quotannis, un-
e militare vectigal ſolveretur mille ſe-
tingentis equitibus & peditum quinque
nillibus, ut primo libro à me dictum eſt.
Refert Philippus Cominius Carolũ VIII
ollectæ nomine tantum duodecies cen-
ena milia librarum ad alendos exercitus
n panegyrico Turonum conventu po-
tulaſſe. Poſtea quam in immenſum mi-
itare hoc vectigal creverit, nemo non
novit. Verum ſelecti illi militaris vectiga-
is cuſtodes, retento adhuc nomine, Ma-
giſtratus creati ſunt, illiſque primum hu-
uſce tantum militaris tributi, poſtea in-
dictionalium atque oblationalium cau-
ſarum regio edicto cognitio attributa.
Quare Latinę linguæ ſtuſtioſus hoſce pri-
manos, vel ſi malis, primarios oblatio-
num vel indictionum judices appellabit.
Adhæc æditutis vel ſacrarum ædium cu-
ratoribus, per parœcias ſeu mavis curias,
viritim pro modo cenſus, ut olim à Cen-
ſoribus Romanis, æqualiter certiſque
penſionibus indictionem deſcribi man-
dant, remiſſionem tributi indictionalis
petentes audiunt, publica oblationalia
locant conducere volentibus, una cum
Ii fide-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

fidejuſſore idoneo nexũ corporis & pignorum ineuntibus. Ab his demum ad ſupremos vectigaliũ judices, de quibus jamjam dicturi ſumus, provocare licet.

Generales juſtitiæ auxiliorum.

OPeræpretium facturum me exiſtimavi, ſi quæ ad me de hujuſce ſupremæ Curiæ inſtitutione & ornamentis à doctiſſimis juris & literarum amantiſſimis perſcripta ſunt ſubtexuero. Mihi enim digna res eſt viſa, in qua explicanda elaborare debeam. Siquidem non modo res Principum in bello geſtæ literis ſunt explicandæ, ſed etiam dicta, leges, & inſtituta, maxime quæ ad conſtituendum civitatis ſtatum pertinent, memoriæ ſempiternæ ſunt mandanda, ne quid poſteris deſit ad humanitatem & politicum ſtatum. Itaque prolatis finibus imperii, auctis vectigalibus, & creſcente indies magis magiſque litium multitudine (quibus dijudicandis tot Præfecti & Curiarum ſupremarum conſiliarii pares eſſe non poterant) MCCCLXXX à partu illibatæ virginis Quadrumviros, vitæ ſanctimonia & integritate conſpicuos Epiſcopos, & Hetæriarchas creari placuit: quibus ſumma oblationalium atque indictionalium cauſarum cognitio, juriſdictio, & criminum perſecutio eſſet. Generales

ales juſtitiæ auxiliorum belli tempore
a cauſa vocabant, quod tunc quotan-
is collecta à popularibus non ſolveba-
ur: auxiliorumque nomine contineba-
ur octava aut quarta vini heminatim,
ut viceſima cuppatim divenditi, reli-
uarumque mercium quæ à ſolidariis
ut minutariis negotiatoribus vęneunt.
erpentibus porro in infinitum litibus,
iſce Quadrumviris tres Conſiliarii ad-
cripti ſunt, additis Duumviris, Cogni-
ore, & Advocato regio: atque proce-
lente ſenſim tempore, quidam Epiſco-
usLemovicenſis veluti Prohedrus crea-
us eſt, qui hujuſce ſupremæ Curiæ gu-
ernaculis præeſſet: Præſeſque vocaba-
ur. In ejus autem demortui locum ſuc-
eſſere aliquot Epiſcopi (jam enim tum
urpe non erat Epiſcopis tractare Rem-
ublicam) manſitque per aliquot annos
Octovirorum collegium: cui, ut Parla-
mentariis Curiis, poteſtas facta eſt lites
abſque ulla provocatione dijudicandi, te-
merariæq; provocationis pœna adjecta
eſt xxv librarum Pariſienſium. Additi ap-
paritores maſtigophori & ſcribæ, qui pu-
blicis archivis pręeſſent. Ipſis tamen Epi-
ſcopis ad ſacra facienda, ut par erat, able-
gatis, Iuriſconſultus creatus eſt eorum lo-
co qui hujuſce curiæ habenas regeret, ſe-
cunduſque Pręſes vocaretur. Deinde fiſci

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

inopia(nam tum creandis magiſtratibus operam dare ſolent Francorum Reges) à Franciſco Rege allecti quinque novem primis: expletuſq; eſt numerus quatuordecimvirorum præter alterum regium Advocatum, ut quam proxime poſſent, ad ſupremæ Curiæ dignitatem accederent. Poſtremo hoc Rege huic oblationalium atque indictionalium judicum decuriæ altera claſſis eſt adſcripta. Sed omiſeram, paulo poſt hujuſce Curiæ inſtitutionem alteras primum Rotomagi, deinde Montiſpeſſuli factas, apud quas Normani & Occitani jura peterent, & quæ æqualis eſſent cum Pariſienſi dignitatis.

Camera computorum.

OPeri inchoato ac jam prope abſoluto faſtigium impoſiturum, amici Dorna & Maumonti, neceſſarium fuit paucis, ut ſoleo, de rationum Præfectura verba facere. Nam cum pecunia fiſcalis atque ærarium nullo certo loco ut apud Athenienſes & Romanos, adſervaretur, ſed privatim à multis cuſtodiretur, optima ratione factum eſt, ut qui pecuniam publicam tractaſſent, reddendarum rationum curam haberent. Quod forte ab Athenienſibus & Romanis quaſi per manus acceptum, adhuc hodie ſervamus.

Athe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

thenis enim qui Rempublicam admi-
iſtraverant, rationes apud λογιστὰς
eddere cogebantur. λογογράφοι quo-
ue à rationibus publicis conficiendis
erſcribendiſque dicti ſunt. Romæ vero
Quæſtores urbani ærarium curabant,
juſque pecunias expenſas & acceptas,
eferre in tabulas publicas conſueverant.
pſa porro cura ærarii poſt oppreſſam à
ulio Rempublicam quam variarit, no-
um eſt ex Suetonio in Auguſto, cap.36.
x Tacito lib 1. A rationibus ſive ſervos
ive liberos non ſolum Romani Impera-
ores, ſed Senatores divites & nobiles ha-
uere: quæ nomina ſummæ curæ & me-
litamenta ipſe Tacitus lib.15. appellat.
Suetonius in D. Claudio cap.28. Sed ante
omnes Narciſſum ab epiſtolis & Pallan-
em à rationibus: quos decreto quoque
Senatus non præmiis modo ingentibus,
ed & quæſtoriis & prætoriis ornamen-
tis ornari libenter paſſus eſt. Cornelius
lib. 15. de Torquato Syllano loquens:
Quin eum nobiles habere, quos ab epi-
ſtolis, & libellis, & rationibus appellet,
nomina ſummæ curæ & meditamenta.
Idem lib.16. Ipſum dehinc Syllanum in-
crepuit iiſdem quibus patruum ejus Tor-
quatum, tanquam diſponeret jam Im-
perii curas, præficeretque rationibus &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

libellis & epiſtolis libertos: & inania ſimul & falſa. Heliogabalus eunuchos rationibus præpoſitos habuit. Cæterum quemadmodum omnes exercituum duces rationes Romæ referebant ad ærarium, ita apud nos qui pecuniam Principis tractant, accepti & expenſi rationem omnem hiſce rationum Prçfectis diſpungendam atque expungendam præbere ſolent: quod noſtrates dicunt tradere examinandum & claudendum computum. Apud eos quoque diplomata allophylorum, & juſtis nuptiis non procreatorum, & indigenarum jure nondum donatorum (vulgo noſtrates dicunt, qui non habent literam legitimationis aut naturalitatis) ſubſcribente regio Procuratore recitantur, promulgantur, & in acta publica referuntur, ipſis rationum Præfectis auctoribus: atque fundorum clientelarum nomine beneficiarios Principis, fidem & obſequium præſtantes, aſſenſu Procuratoris regii in fidem accipiunt, ea conditione tamen, ut tempore moribus ſtatuto catalogum vel (ſi mavis) breviarium rerũ clientelarium porrigant. Itaque non ſolum Lutetię, ſed Divioni, Montiſpeſſuli, & Nannetibus rationum Præfecti à Regibus ſunt creati: apud quos Normani, & qui interiorem Galliam tenent, Burgundi, Occitani, &
Bri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

ritones rationum libellos ſubducant, iſpungant atq; purgent, ut Suetonii ver- o utar in Caligula cap. 29. ſed quo tem- ore ſint inſtituti: nunquam potui ſcire: icet id ſim expiſcatus diligentiſſime. Poſt ditos à me duos priores libellos, cum ur- geret bibliopola ne opus inperfectum re- inquerem, amicum quendam à rationi- bus regiis etiam atque etiam rogavi, ut mea cauſa regeſta Præfectorum ratio- num legeret, & in adverſaria, quæ ad rem pertinere poſſe viderētur, referret. Quod facturum ſe eſt pollicitus : cumque dili- genter jam operi incumberet, ſenis cujuſ- dam verbis & conſilio à propoſito eſt a- vocatus. Poteſtne fieri (dicebat male ſa- nus & indoctus ſenex) à re tua tantum otii tibi ut ſit, aliena ut cures, eaq; quę ni- hil tibi quęſtus adferunt? Quod cum mihi narraſſet amicus, ſubriſi, tantũ hominem miratus qui indocti hominis verbis à re tam honeſta eſſet dimotus : non tamen deſii poſtea alios rationibus præfectos ad id hortari, ſed nihil profeci : & haud ſcio qua ratione, niſi dixeris eos nolle ſui inſti- tuti exordia in vulgum efferri, vel verius, ignorare. Quod certe cum multis illis commune eſt. Paucos enim reperias, qui hoc norint. Satis eſt nummatum eſſe, in curiam Pariſienſem vel pręrorianam ad- ſcriptum eſſe, obrepſiſſe ad Præfectu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

ram aut libellorum aut rationum. Quid enim (aiunt deliri ſenes & à bonis literis alieni) prodeſt noſſe ſui magiſtratuum exordia? In qua opinione ſi fuiſſent primum Græci, apud quos nullum ſine nomine ſaxum, deinde Romani, videte (quęſo) amici, Dorna & Maumonti, in quantis tenebris verſaremur, cum ipſi non modo quæ ad cultum, mores hominum, & religiones pertinent, in libros retulerint, ſed etiam præcepta de agricultura Senatus auctoritate in Romanam linguam tranſtulerint. Nam cum Mago Pœnus libros de re ruſtica duodetriginta ſcripſiſſet, Senatus decreto ex Punica lingua in Romanam ſunt converſi, ea tantum ratione ut major utilitas colendorum agrorum poſteris traderetur. Tacitus Imperator Cornelii Taciti annales (ita enim inſcribuntur) diligenter cuſtodiri, & decies quotannis deſcribi edicto præcepit, quo rerum Romanarum hiſtoria monumentis, non per manus ut apud nos, poſteris traderetur. Verum iſtiuſmodi miſocalis, ut ad ſanitatem mentis redeant, exopto.

FINIS.

PHI-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

PHILIPPI HONORII
De
REGNO GALLICO,
Sive
FRANCICO
RELATIO.

QVod in hominum vita cernimus, ut nunquam quiſquam eodem valetudinis ſtatu ſe habeat, idem prorſus in imperiis ac regnis videre eſt: modo etiam proſperitate fruuntur, modo adverſis adfliguntur, alias debilitantur, aliquando conſeneſcunt, mox deſiniunt: demum ſub lunæ orbe omnia inſtabilia, incertaque à Deo creata ſunt, ut ab ipſo omnia pendere noſcamus, omnemque ſuperbiam abdicemus: quiſquis vero aliis regnaturus eſt, bonæ fortunæ diſcat non ita credere, ut prudentiæ uſum minus putet neceſſarium: hujus enim virtutis proprium eſt, magnas res in ſuo ſtatu conſervare, & humiles ad magnitudinem attollere. Fortunæ autem variationis exempla nunquam defuerant, quibus perſpectum ſit, antiquiſſima pleraque regna, multaſque potentiſſimas Reſpublicas, quæ latiſſime imperitaverant, eum in modum extinctas fuiſſe, ut earum nihil reliquum præter ina-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

nem hiſtoriarum memoriam, habeatur multorumq; imperiorum, quę in pręſen efflorеſcunt, paulo antea nullum nomen, nulla erat exiſtimatio. Verum humanæ fælicitatis viciſſitudo quo mag appoſito exemplo oſtendi poteſt, quam regno Franciæ? hoc ſiquidem nuper amicis ſuis firma ſpes ac ſubſidium, hoſtibus vero terror maximus fuerat, ob ejus ſc licet potentiam, atque fortunam: nunc autem, ut verum fateamur, non modo alios ſuſtentare non poteſt, ſed ipſum me in tanto verſatur diſcrimine, ut minimo ſtrepitu paveſcat, totumque in ſe ipſo concutiatur.

Cum igitur Gallici regni ſtatus de more mihi referendus ſit, explicandaque ea quæcunque mihi triennii ſpatio, quo in aula illa me continui, explorare licuit: utriuſque fortunæ illius regni imaginem, quam veriſſime potero, exprimere conabor, neq; res tanquam hiſtorice tractabo, ſed eas in ſimplicem commentariolũ aut diſcurſum redigam, ejuſque magnitudinis cauſas, & cur in hæc inciderit pericula, perveſtigabo.

Hinc igitur exordiens, in memoriam revoco, Gallię regnum omnium conſenſu primum Chriſtianorum regnum ob dignitatem, potentiam atque auctoritatem Regis, à quo gubernatur, habitum

ſemper

mper fuiſſe: nam quod ad dignitatem,
mper ab initio ſuo libertate gaviſum
ſt, neque unquam Eccleſiæ ſeſe ſubjecit,
t olim Anglia, & modo regnum Nea-
olitanum, & alia regna Imperatoribus,
t Bohemia & Polonia. præterea cæteris
mnibus, quæ modo habeamus, anti-
uius eſt regnum: nam ante adventum
Chriſti quadringenteſimo fere anno in-
cepit, primumque omnium à Romano-
um, quibus parebat, jugo ſe ſubtraxit: &
ope atque conſilio Ferramundi regis le-
ges ſuas habuit: & ex ſeipſo ſeſe rexit, atq;
utatum eſt: Fuit quoque primum inter
regna, quæ Chriſtianam fidem ſuſcepe-
runt, nempe ſub Clodoveo rege octua-
ginta circiter annos poſt Ferramundum:
proinde jure merito Sanctæ Eccleſiæ pri-
mogenitum dicitur: nam poſt Pontifi-
cem, qui caput eſt univerſale noſtræ re-
ligionis, & Rempublicam Venetam, quæ
ab ortu ſuo in Chriſti lege permanſit,
nullus Princeps, Rexve, aut Reſpublica
gloriari poteſt, ſe ante Galliæ regnum
Catholicam fidem cognoviſſe.

Ad hanc prærogativam, qua nulla no-
bilior eſt, aut illuſtrior, alia ſuperadditur,
quod cum regnum hoc viribus & fortu-
na auctum fuiſſet, primum fuit, quod
propter Caroli cognomento Magni
merita, gradu dignitateque Impera-
toria

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

toria cohoneſtatum fuit, diuq; majeſtatem hanc & hucuſque nomen ac titulum Chriſtianiſſimi retinuit. Neque prætermittendum mihi videtur, quod à pleriſque obſervatum eſt, ritum ungendorum Regum, divinitus tempore Hebręorum Regum inſtitutum (qui ritus à tribus quatuorque Chriſtianorum Regibus uſurpatur, ſignumq; eſt ingentis prærogativæ) cœpiſſe in Gallia mille abhinc annis: & adhuc non ſine miraculo viſitur apud Rhemos ampulla ſacra, cujus liquore ſinguli Reges inunguntur.

His omnibus de cauſis inter Chriſtianorum reges Galliæ Rex primum dignitatis locum nullo adverſante ſemper obtinuit. Et quamquam ſibi perſuadet Hiſpaniæ Rex, jure ſe de hac prærogativa poſſe contendere: tamen nullum eſt illius Regnum, quod cum Gallię regno aut nobilitatis ſplendore, aut antiquitatis fama, aut titulorum gloria comparari queat. De cujus potentia dubitandum non eſt, quia latiſſimum eſt populis, armis, divitiis ſupra cætera Europæ regna refertum, & magnas duodecim comprehendit provincias, quaſi totidem membra, quæ ſimul juncta, virium robur ſibi mutuo ſuppeditant. In meditullio, perinde atq; in corde, jacet Provincia Franciæ, quæ toti regno nomen præbet, &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

aliis decem circumdata, quaſi coro-
tur.

Quarum duæ, Normandia & Britan-
a terminantur Oceano, Languædocia
Guienna Pyreneis montibus, Provin-
. mediterraneo, Delphinatus Allobro-
bus, & Lugdunum & Avernia Helve-
s & Germanis, Burgundia Lotharin-
s & inferiori Germania, Campania &
cardia adjacet Languædociæ, at Bono-
a & Caletum Angliam reſpicit. Ha-
m provinciarum ſingulæ quondam
oprium dominum habuere, qui Re-
m Franciæ ſuperiorem agnoſcebant,
d in præſentia omnes aut jure ſucceſ-
onis, aut belli jure Coronæ adjunctæ
nt. Quæ res ejus auctoritatem atque
nplitudinem pedetentim adauxit.

Hæc omnia trans alpes poſſidet Coro-
a Franciæ, ſed cis alpes tenet reliquias
aſdam Delphinatus, & Comitatus
rovinciæ, itemque Marchionatum
lutiarum: quæ eo fere modo quæſita
cre, quo aſſolent magni Principes &
ominationis cupidi, qui aliena occu-
ndi libenter ſibi jura prętexunt. Habet
iam in novis Indiis, Braſiliam verſus,
ca quædam; ſed quia incerta, parvique
omenti, nullo alio reſpectu conſide-
nda ſunt, niſi ut in eas partes navigan-
jus retineatur, quod tamen adeo in-
termiſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

termiſſum, ut penitus abolitum ac de-
ſertum videatur.

Regnum Franciæ, utpote in umbilico
Chriſtianarum regionum collocatum,
percommodum eſt ac peropportunum
ad potentiores quoſlibet Principes popu-
loſque bellicoſiores pro arbitratu ſuo
vexandos, atque affligendos: nam ab
anteriore parte Italiam habet, à tergo
Britanniam inſulam, dextrorſum Hiſpa-
niam, ſiniſtrorſum Germaniam, & hinc
Helvetios, illinc Belgas; præterea inter
duo maria ſitum eſt, Mediterraneum &
Oceanum: ac proinde nullò negotio ter-
ra marique poteſt omnia omnium Re-
gum ac Principum conſilia interturbare
iiſve favere.

Et quod pertinet ad ſeipſum, undequa-
que tutiſſimum videtur à natura & ab
arte: nam Italia atque Hiſpania monti-
bus diſterminatur atque defenditur, ab
Anglia & remotioribus regnis mari di-
viditur, à Belgio & Germania flumini-
bus; in omnibuſque regionibus & limi-
tibus regni arces munitiſſimas, atque
armorum, & tormentorum, rerumque
omnium bellico uſui neceſſariarum to-
to regno vim ingentem habet, & duci-
bus, bellicæ ſcientiæ laude præclaris, ab-
undat.

In arcibus exſtruendis id potiſſimum
adno-

notavi, Gallorum moris eſſe, eas ceſpi-
ac cemẽtis libentius ædificare, non ſo-
n quia ædificium minori ſumptu eri-
ur, quam ſi murus fieret, citiuſque pa-
ntur, meliuſque bellicis tormentis re-
tunt, & deſtructæ facilius inſtaurant;
etiam, quia cum hominum induſtria
vos offenſionis modos ſemper exco-
et, quibus neceſſe eſt novos defenſio-
modos opponere, facilius eſt ceſpiti-
m machinam immutare aut augere
acunque ex parte, quam murum ad-
are, cujus partem, niſi toto diruto
mo reſarcire poteſt: unde fit ſæpenu-
ro, ut inutiles & imperfectæ relin-
antur muratæ arces.

Quoad bellica tormenta, unum ex
ultis mihi recenſendum videtur. In
llia illud hactenus magnæ curæ fuit,
omnia tormenta ad communem for-
am, neque admodum magnam redi-
rentur, ne ſcilicet ſint impedimento;
rſus ne in parvam formam conſtrue-
ntur, quia inutilia evaderent: ſed eſſe ea
ediocria voluerunt, juſtæque menſuræ
nnia, ut idem globus eademque pulve-
quantitas æque cunctis exploden-
s idonea ſit, iiſdemque inſtrumentis
ſint moveri, conduci, & tractari
eant: quæ res utiliſſima comperta eſt
n minus in oppidis quam in ipſis exer-
citibus

citibus,quia quoties globus idem cunct
tormentis accommodatur, tollitur om
nis confuſio quæ in præparandis atqu
tractandis exoritur; & quoties tormen
tum aliquod corrumpitur, ejus globi u
ſus non admittitur,& inſtrumenta, qu
uni tormento deſerviunt, omnibus ac
aptantur,quod æqualia ſint pondere,v
parum inter ſe differant, & eodem loc
poſſint conduci & ſubſtitui. Aliud no
contemnendum Gallorum inventum
fuit circa hujuſmodi tormenta, quod in
eo foramine unde ignis immittitur, fer
rum quadrilaterum apponunt,ne ea par
ab igne corrumpatur, quemadmodum
ærea, quæ paucis ictibus facilius labefa
ctatur, & quia,cum foramen latius eſt
ignis exhalat, neque ictus fit validus, re
manetque tormentum inutile: neque e
nim optimi generis tormentum haben
dum eſt, quod quotidie ad centum, ve
ſaltem octuaginta ictus faciendos non
ſufficit. Illud tamen notandum, hujuſ
modi talum ferreum in iis tormentis,
quæ mari feruntur, minus opportunum
fore, quia rubigo illum exederet, quam
ſalſedo marinæ aquæ paritura eſſet: ſed
terra utiliſſimus compertus eſt,quia paucis tormentis major oppugnatio fieri
poteſt.Quæ cuncta induſtriæ inventa addita ſinui Galliæ natura minuto,regnum
illud

d potentiſſimum reddunt tutumque, n in ſe tutando, tum in hoſte laceſſen- cujus rei plurimum domi foriſque ant indicia, quia nulla fere pars eſt or- terrarum, quæ Gallicis armis quaſſa- non fuerit. Vtque omittamus anti- iora, quo tempore natio illa vini ap- itione allecta, in Italiam populariter upit, Romanorumq; magnitudinem ſummum adduxit periculum, totque bi admiranda geſſit: recentioribus mporibus Carolus Magnus illius regni bore adeo potens extitit, ut Germa- am, Saxoniam, Bavariam ſubjugave- , Hiſpaniam adverſus Saracenos do- uerit, Longobardorum regnum ever- rit, majorem pulchrioremque Italiæ artem ſibi vindicaverit, & poſteris ſuis imidiam pene Europam reliquerit. Me- orabilis fuit Hieroſolymitana expedi- o in Concilio Claromontano ſuſcepta, à populis illis privato ſumptu perfe- ta, tanto animorum conſenſu & con- antia, tantaque virtute, ut omnium ex- editionum, quaſcunque hiſtoriis cele- rant, gloriam ſuperaverit. Experta quoque eſt Græcia, itidemque Aſia Gal- orum arma, cum Byzantium captum uit, quo in bello fœderata Reſpublica Veneta plurimam & gloriam, & domi- nationem adepta eſt. Africa quoque &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

Ægyptus Gallicam virtutem ſenſit , v
vente Ludovico VI, qui etſi in eo con
ctu captus eſt , tamen Tunetanus R
tributi quadragenum millium aure
rum quotannis ſolvendi conditiones a
cepit: iiſdemque temporibus, Rex Car
lus Andegavenſis regna Siciliæ , & Ne
polis,cum ea Italiæ parte,quæ nunqua
antea in poteſtate Gallorum fuerat, a
quiſivit, ejuſque ſucceſſores ad Hung
riam tranſiverunt , ubi multos ann
regnavere : poſthæc avorum noſtroru
memoria Carolus VIII terribili fortun
curſu,parvoque temporis intervallo ma
gna terrarum ſpatia cis alpes occupavi
ex quo principio ſucceſſores ipſius illec
fuere ad Italiam denuo ſubjugandam
quæ illecebra atque cupiditas ad Regem
Ludovicum, Regem Francicum, & a
Regem Henricum per tot victoriarum
cladiumque cumulum pervaſit.

Quod vero pertinet ad ſui tutelam at
que defenſam : nunquam, poſtquam
Franciæ regni libertas viget, contigit, u
præterquam ab Anglis vinceretur à quo
quam. Hi ſiquidem in regni viſceribus
diuturnum atque perpetuum bellum ge-
rentes, magnam illius partem occupa-
vere, ſed hæc victoria cito iis ablata eſt,
non modo receptis iis quę vi ceperāt,ſed
etiam debellatis provinciis Norman-
diæ,

iæ, atque Guiennæ, antiquo Regum Angliæ patrimonio, unde odium indelebile inter illas nationes originem duxit. Verum quia præcipua regnorum amplitudo, atque potentia in ipſis hominibus collocata eſt, utpote in quorum virtute, atque induſtria magis conſiſtunt omnes imperii offenſæ atque defenſæ, quam in armis atque tormentis bellicis; breviter de moribus, numero, dotibus Gallorum, & cur ad tantam exiſtimationem devenerint, enarrabo.

Populi qui Franciam incolunt, numeroſiſſimi ſunt, quia ducentæ & forte plures ſunt civitates, quæ Epiſcopum ſuum habent; alia oppida, municipia, villæ innumeræ ſunt, omniaque loca frequentantur mirandum in modum, & Pariſiis tantum communiter ſexies centena circiter hominum millia eſſe putantur.

Tres ſunt in Gallia potiſſimæ hominum conditiones, unde totidem ſtatus ordines reſultant. Alter Clero conſtat: alter Nobilibus: tertius peculiari nomine caret, quia ex diverſis hominum generibus ac profeſſionibus componitur, ideoque vocandus videtur generalis populi ſtatus.

Clerus etſi multos tertii ſtatus, multoſque advenas, qui vel propter obſequia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

Coronæ præſtita, vel ex peculiari Reg
privilegio ad regni beneficia admittun
tur, comprehendit, tamen major vis i
Nobilibus conſiſtit, quia ſecundo & ter
tio geniti filii Principum, & Domino
rum, cum in patrimonio, quod ad majo
rem natu ut plurimum ſpectat, mini
mam habeant facultatem, Eccleſiaſti
cam vitam ineunt, ut eodem moment
divitias & exiſtimationem acquirãt. No
biles autem ii intelliguntur, qui Regi ni-
hil vectigalis pendunt, ſed tantummodo
ſuo corpore ad bellum proficiſci tenen-
tur. Inter quos ii Principes, qui Regis
conſanguinei ſunt, majoris momenti ha-
bentur, quam cæteri, etiamſi nonnemo
illorum ob paupertatem ſplendorem
tantæ fortunæ parem exhibere non po-
teſt. Hi conſanguinei Regis multi eſſe ſo-
lebant ab annis octuaginta: etenim Au-
relianenſis Domus, Angulenſis, Andega-
venſis, Burgundiæ, Alanſonia, Borbonia,
quæ Vandomiam, Mompelieri, & Su-
rioni complectitur; omnes vel regiam
Coronam obtinuere, vel jam defecere;
ſolaque in præſens remanet domus Bor-
bonia, quæ olim erat ultima, ſed modo
bono ſuo fato prima, & ſucceſſioni pro-
ximior facta eſt: proinde in ſummam
crevit amplitudinem. Domus hujus in
præſentia columen caputque eſt Rex Na-
varriæ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

rriæ, etſi eos habet defectus,de quibus cemus, ubi ad Principes & Aulam de-ibendam pervenerimus.

Popularis ſtatus comprehendit ho-nes literatos, qui à longis veſtibus de-minantur, mercatores, artifices,ple-ios & ruſticos. Inter homines longa-m veſtium,quicunque Præſidentis,vel nſiliarii, vel ſimilem locum habet, is obilis intelligitur, & privilegiis muni-r,& quoad vixerit, nobilitate fruitur. Mercatores,quia pecuniam poſſident, ſce temporibus plurimum gratia va-nt, verum nulla gaudent prærogativa dignitate: quoniam omnis lucri avida rofeſſio nobilitatem in eo regno macu-t: Ideo hic etiam hominum ordo cum ebe ac populo minuto copulatur, ſol-tque gravamina,ſicuti ignobiles ac ru-ici conſuevere: quorum ordo magis, uam cæteri, opprimitur non minus à ege,quam à Nobilibus:ſolebatque Ma-imilianus Imperator dictitare, Franciæ egem aſinorum eſſe Regem, quoniam opulus ejus omnia onera abſque ulla efragatione portaret.Omnes hi tres ſta-us ad varios uſus in regni beneficium pplicantur.

Vtque primum de ſtatu populi non-ihil dicamus: hic quatuor præcipua of-icia in manibus ſuis habet, vel quia lex,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

vel antiqua conſuetudo ita præſcribit vel quia Nobilibus honeſtum non videtur in hujuſmodi immiſcere ſeſe negotiis. Primum officium eſt ſupremi Cancellarii, qui ad omnia Conſilia admittitur, penes quem magnum eſt ſigillum, & ſine cujus ſuffragio nihil ardui deliberatur aut decernitur, quod ſi decernitur executioni non demandatur. Alterum eſt Secretariorum, quibus juxta peculiare ipſorum munus, negotiorum expediendorum cura, & cuſtodia ſcripturarum rerumq; arcanarum committitur. Tertium eſt Præſidentum, Conſiliariorum, Iudicum, Advocatorum, aliorumque, quibus cura per totum regnum juſtitiæ rerumque tam civilium quam criminalium injuncta eſt.

Quartum eſt Theſaurariorum, exactorum, & recuperatorum generalium, penes quos omnis eſt adminiſtratio redituum, aulæque expenſarum. Quamobrem cum in poteſtate populi hæc officia remaneant, quibuſcum exiſtimatio & divitiæ parantur, cumque horum duo ſemper obveniant hominibus literatis, hoc eſt, munera magni Cancellarii & Iuſtitię, quod ampliſſimum ubique eſt: omnes parentes ad literarum ſtudia filios ſuos alliciunt, & hinc tantus eſt ſcholaſticorum in Gallia numerus, quorum ſi-

mili-

lis in nullo regnorum Chriſtianorum
eritur , & ſolæ Lutetiæ Pariſiorum
indecim mille ſtudioſos habent. Quin
am haud pridem Principes incepere
os ſuos in literis educare, præſertim ſe-
ndo & tertio genitos , non ut ad hæc
ercitia applicentur , ſed ut ad eccleſia-
ca munia evadant idonei: quandoqui-
em jam aliqua modo ratio habetur, ne
piſcopatus in rudes & literarum impe-
tos homines conferantur. Quæ res uti-
am antehac effecta fuiſſet; melius ſeſe
hriſtiana Reſpublica haberet.

Gubernatio Reipublicę tota eſt in ma-
u Nobilium atque Prælatorum. Prælati
onſilium ſuum ſolummodo interpo-
unt, ſed oneribus immunes conſulta
ninime exequuntur: Nobiles vero in u-
roque operam ſuam præſtant: Imo ſæpe
onſenſerunt Prælatis omnem conſulta-
ionis honorem cedere, gnari, ſibi exe-
cutionis pondus ingruere. Id autem om-
nibus percommode contigit: quia Nobi-
les, qui utplurimum non affluunt divi-
tiis, ſi in aula commorentur, ubi rerum
omnium ſumma penuria eſt, per hanc
occaſionem abſentes abſtinent à nimio
ſumptu, quem alioquin facerent in equis,
famulis, veſtibus, aliiſque rebus, do-
mumque ſuam revertuntur: in ſuis au-
tem caſtellis privatam vitam ducentes,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

parvo contenti eſſe poſſunt, cum dor
neque famulitii ſplendor, neque conv
via,neque equorum pretia magna, vel
lia vitæ aulicæ conſueta requirantur. I
circo receptum eſt,ut quartam anni pa
tem unuſquiſque teneatur Regi obſequ
præſtare:reliquum autem temporis qu
libet domi ſuæ degere poteſt, & ſumpt
bus ita parcere,ut trium menſium futu
rorum ſplendorem pro dignitate tue
queat. Verum apud Prælatos hic reſp
ctus diſpendiorum non attenditur,qui
quo ad familiam ſuam & veſtes,eunden
ubicunque degerint, ſumptum faciun
& quamvis in aula carior eſt annona, ta
men ſpes opum acquirendarum, & au
ctoritatis augendæ, dum penes Regen
vivunt, non permittit, ut ad hoc mini
mum damnum advertant : & pleriqu
etiamſi in loco ſuæ prælaturæ reſider
vellent, ut ex ultimis decretis tenentur
evocantur cito, nempe quod Aula ipſo
rum præſentia egeat, ac præſertim eo
rum, qui apud Principem aliquem lega-
tione functi ſint.

Proprium Nobilium exercitium, ac
profeſſio,unde præcipua eſt Regis ac po-
puli Majeſtas, eſt Militia,quæ duplicis eſt
generis, maritima,terreſtris. Illius haud
multa ratio habenda eſt,quia, cum navi-
bus,nautis, nauticæque rei peritis homi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

ibus deſtituatur, nunquam eas vires na-
a eſt, ut offendendo hoſti egregie re-
onſura eſſet; ideoque poſt Regem Fran-
iſcum I invaluit conſuetudo, ut Turci-
æ claſſis ope Galli reges utantur. Ad re-
ni nihilominus defenſam nunquam pe-
egrinis auxiliis opus fuit, quia nonnun-
uam in mari Oceano ducentæ naves in
unum corpus redigi potuere, & in mari
Provinciæ quadraginta triremes ali-
quando fuerunt inſtructæ: quæ in præ-
ſens ſolummodo ſex: hæ vero triremes
nonnunquam in Oceanum quoq; trans-
latæ ſunt, ſed magis ut in Scotiam vecto-
res trajicerentur, quam ad Principem ali-
quem in officio continendum, vel ſimili
de cauſa. Verum potiſſimus Gallicæ mili-
tię nervus in terreſtribus copiis conſiſtit,
magiſque in equitibus, quam in pediti-
bus, quia commoditas conſcribendorum
peditum Helvetiorum ac Germanorum
equitatui addidit exiſtimationem, præ-
terquam quod plebi ac ruſticis regni mi-
nus libenter arma tractanda commit-
tuntur. Equites vero ſicuti quondam o-
mnes nobilitate inſigniebantur ita au-
dentiores, magnaque erant præditi vir-
tute: verum in præſens omni hominum
genere mixtus, & duplicis generis eſt e-
quitatus, alter ſtipendiarius, alter ex de-
bito. Hic communiter appellatur Arier-

 banda,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

banda, & complectitur nobiles, qui ipſimet Regi debent militiam, ſtatuto equorum numero, juxta feudi proportionem: quoniam vero nobilium frequens eſt multitudo, idcirco hi equites multi ſunt, eſſentque plures ac meliores, niſi feudatariorum obſtaret avaritia, quibus ſatis eſt in luſtrationibus duos treſve equos oſtendere ſive ii boni ſint, ſive non: nam meliores equi inter ſtipendiariorum collocantur, non inter feudatariorum equos. Verum tota vis militiæ conſiſtit in cataphractis & ſagittariis equitibus (vulgo Arcieri:) nam etſi omne genus hominum miſcetur, tamen milites egregii ſunt, armis & equis optime inſtructi: etſi enim regnum equitia ad bellum non alit, tamen aliunde vel maximo impendio petuntur. Cataphracti equites duos oſtendunt equos, qui non ut noſtrates ſtigmate notantur.

Cataphractorum copiæ aliæ conſtant numero quinquageno, aliæ centeno. Hæ à Mareſchallo, ſive à Principe aliquo ducuntur. Singulæ præter Ducem quatuor habent Officiales, Locumtenentem, Vexilliferum, Guidonem, Forerium: qui omnes, præter quam merent cataphractorum ſtipendium, qui ſolvuntur quadringentis Franchis, ſeparatum habent ſtipendium, hoc eſt, Locumtenens Fran-

chos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

os octingentos, Vexillifer ſexcentos, ..iido quadringentos: Duces vero, ſive ..rerii inæqualia ſtipendia exigunt, ſed ..imo minus quam cc Franchos, præ..r ſuum cataphracti locum. Vna cum ..taphractis ſagittarii computantur, qui ..uites levis armaturæ ſunt, utunturque .. anteriore ephippii parte ſclopeto; quæ ..uidem res majori eſt impedimento, ..uam fructui. Hi duplo plures ſunt, ..uam cataphracti; dimidium ſtipen..lii, quod diximus, merentur, unum ..quum oſtendunt, & Cataphractorum Dux etiam hos ducit. Cataphractorum numerus nunquam major fuit, quam trium millium: ſagittarii vero quater mille quingenti ſunt, etſi modo ob nimium ſumptum minor eſt numerus: neque in tota Gallia alius eſt equitatus, exceptis aulicis regiis, qui ſuum Ducem habēt, & 5000 fere ſunt, plurimiq; advenæ.

Quoad peditatum, vaſtatores octo vel novem mille ſunt, gens apta laboribus & ærumnis, & quæ naturam Hiſpanorum præ ſe fert, hæcq; cæteris melior putatur: in aliis quoq; regni partibus deligi poſſunt optimi pedites, utpote cum 30 ab hinc annis continuo vexati fuerint. Et Rex Ludovicus XI legiones conſcripſit, poſt quem etiam Franciſcus I quadraginta vel quinquaginta millia

mili-

militum erudire cogitabat , ne ſemper Helvetiorum quaſi tributarius foret: verum ex decreto trium ſtatuum cogitatio hæc retractata fuit , neque aliis permiſſum, ut in armorum tractatione ſeſe exerceant, quam nobilibus: cauſæ multæ redduntur, inter quas potiſſima ea eſt, quod ſi plebs armis ſe inſtructam cerneret, contra proceres inſurgeret, cum propter invidiam, tum propter onera quæ patitur, cumque à magiſtratibus compeſci nequeat, artes negligeret, & agriculturam omitteret maximo omnium detrimento, latrocinaretur, demum regnum totum confunderet : cum experientia doceat, quoties plebeius aliquis in militiam nomen dedit, protinus eum inſoleſcere, & domi ſuæ velle imperare, ac parentibus, fratribus, & cunctis dominari. Sed hæc ſtatuum decreta locum non haberent, ſi quis Regum ſibi vellet ſatisfacere.

Quo ad Duces, in regno Galliæ nunquam deſideratus eſt eorum numerus propter excellentem multorum & virtutem, & experientiam, atque fortunam: Inter hos modo præcipuus eſt Dux Guiſius, qui non ſolum virtute ac fama cęteris anteit viventibus, ſed pleriſque etiam præteritorum excellit : poſt quem inſigniores ſunt Dux Humenæ, Dux Huma-

læ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

Marchio Boſii, qui omnes ipſum Du- ſequuntur, ut etiam Dux Namur, nes Saligni, Eques Humalæ, omnes conſanguinei, & juvenes exſpecta- nis egregiæ: Inter privatos Nobiles inet Dominus de Sciatra, & Domi- Sancti Poli, & Dominus Vinſe: qui idem ultimo bello ſecuti ſunt. Proli- m foret cæterorum quoque mentio- n facere.

Ex illis, qui factionem potius, quam uſam Regis Navarræ ſectantur, præci- us eſt Vicecomes Turenę, dives viginti inque millium in reditibus, Dux Bu- nis Princeps Comitum, Comes Soeſ- ii filius Principiſſæ Condenſis: qui ſpe cendæ in uxorem ſororis regis Navar- illas partes ſecutus eſt, non ſine maxi- o multorum dolore. Item Dominus de iatilione, & Domini de Aldigheria, au- ces viri, ſed opibus deſtituti.

Inter eos qui neutram partem adhuc quuntur, numerantur ſex Mareſchalli, ri omnes ſummæ virtutis & experien- æ: item Dominus de Sciapella, Vrſinus ux veteranus, magnique nominis, ob genii ſui acumen, & diuturnam belli- e rei experientiam: Dominus de Savi- ny, Dominus de Mandelor, innume- que alii inter eximios Duces annume- andi.

Hoc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

Hoc militum genere præteriti Gall
Reges non ſolum potuere dominatio
ſuæ limites dilatare atque defendere
Principibus vicinis atque longinquis,ſ
etiam armorum ſuorum vim transfer
in Aſiam & Africam,Germaniam opp
gnare,Hungariam,Hiſpaniam,in Italia
deſcendere,totumque orbem concute
Nam Galli natura feri ſunt atque ſupe
bi, & in rebus tentandis animoſi,in pr
ſperis intolerandi, in ſuis commodis a
gendis aſſidui, in alienis negligentes,
in re bellica ſæpe promiſſa fallente
quandoquidem hæc apud illos viguit
pinio,ubi commodum adeſt, ibi quoq
adeſſe honeſtatem atque majeſtate
ſoletque proverbio uſurpari, multiſq
hiſtoriis traditum eſt : Habeas Gallu
amicum, ſed vicinum nequaquam,
fieri poteſt: & veteres de moribus huj
gentis ſcribentes,teſtatum reliquère, e
in principio belli plus quam viros eſſe,
fine minus quam fœminas. Idcirco co
ſiderandum eſſe, in bello principia pr
ſpera tanti eſſe momenti, ut ſæpe in i
totum conſiſtat, omniſque in princip
adverſitas magnas ſecum trahat calam
tates: proinde Galli adeo feroces ac te
ribiles habentur, ut ipſos laceſſere pe
culoſum ſit: admodum quoque diffic
le creditur eſſe, primum illum furore

und

ıde ſuperbiunt, & audent, detinere temperare.

Hæc ſunt quæ de numero ac moribus allorum, deque utilitate, quam ex bus Ordinibus Regni Corona ſentit, plicanda duxi. Porro donec concores in unum conſenſerunt, & ſinguli ıſque invidia commodum publicum o virili curaverunt, Regem adjuvans alii conſilio, alii patrimoniis, alii corporibus ſuis, regnum illud invictum, ınctiſque gentibus formidandum effecerunt. Verum poſtquam peſtifera hæc ctarum lues Clerum & Nobilitatem iſgregavit, nobileſq; inter ſe diſtraxit in arias partes: populum vero undique iſcordantem reddidit: cuncta everſa ıere maximo Reip. ac præſertim Regis ıcommodo, ut ſuo loco dicetur.

Hactenus de Regni Galliæ dotibus, deque populorum moribus diſſeruimus, eliquum modo eſt, ut de annona ac editibus aliquid attingamus.

Gallia rebus omnibus vitæ hominum neceſſariis abundare, opumque ditiſſima ſemper habita eſt: nam cum in medio fere nobilioris partis totius orbis, Europæ ſcilicet, collocata ſit, cælo fruitur valde temperato, benigno, frigoribus nimiis Germaniæ, itemque Hiſpaniæ caloribus experta: aër, etſi ventoſus,

tamen

tamen ſaluber eſt, neque gravis eſt, & pa
luſtribus humoribus infectus, ut vicinu
Belgicus: regio amœna eſt, jucunda ad-
ſpectu, fluminibus irrigua, iiſque navi-
gationi opportunis: aſperitate montium
caret, niſi in extremitate finium regni
ſed mediotenus planities & colles fertili
tate atque cultura inſignes viſuntur, tan
toque frugum, vini, lini, canabis, glaſti
aliarumque rerum proventu felices, u
non modo regni uſui ſatisfaciant, ſed ex-
portentur etiam in Hiſpaniam & Portu-
galiam, in Flandriam, in Angliam, Sy
riam, Daniam, inque alias longinquio-
res etiam regiones. Idcirco quamvis au-
ri atque argenti fodinis, ſecus atque Ger-
mania & Hiſpania, careat: attamen in
Gallia nunquam deeſt pecuniarum co-
pia ex aliis regionibus advecta: nam Por-
tugallia nunquam ſuum aurum & ar-
gentum negavit Galliæ: ex Hiſpania quo-
que multum advehitur, etſi edicta ve-
tant, ſed utilitas & uſura quindecim &
viginti pro centenario efficit, ut affera-
tur: & memoria teneo, etſi cum Rege
Catholico bellum gereretur, tamen
commercium cum Gallis, itidemq; cum
Anglis & Hiſpanis non ceſſaviſſe, ob eo-
rum populorum neceſſitatem, qua co-
guntur induſtria ſibi victum parare
Quamobrem admirandum non eſt, ſ
bell

illi tempore non ſolum in Italia ſed etiam in ipſo illo Regno, militum ſtipendia non aliis, quam monetis Hiſpanicis exſoluta fuere. Ob hanc rerum omnium inopiam credunt plerique ex terræ fructibus, colligi pretium circiter quindecim millionum aureorum: quorum ſex Eccleſiaſticorum ſunt, ſeſquialter Regii patrimonii, reliqui Principum Baronum, aliorumque, qui poſſeſſiones & reditus habent: adeo ut clerus duas quintas partes regni habeat in ſuis reditibus: ſed Rex præter ſuum dominium, quod eſt ordinarius Coronæ reditus, qui modo magna ex parte diſtractus aut oppignoratus eſt ex portoriis & impoſitionibus, quæ jam ordinariæ factæ ſunt, & ex cleri decimis, quæ bis ſaltem quotannis imponuntur, colligit quatuor milliones cum dimidio, ſicque in ſumma miliones ſex ordinarios accipit, longeque plus acciperet, ſi portoria locarentur, prout facimus in Italia: ſed ibi hæc non ſervatur conſuetudo, quia indigenæ hanc rem negligunt, & advenæ verentur id proponere, ne à populis male tractentur; ſicque omnia nomine regio exiguntur. Quare præter omnium Theſaurariorum & exactorum ſalaria, & præter fraudem eorum, qui vectigalibus non ſatisfaciunt, communis eſt opinio, Regem magna ex

parte redituum ſuorum defraudari : rel
qui expenduntur in rebus aulicis, & m
niſtris Iuſtitiæ ſuſtentandis, nec non i
ſtipendiis equitum & ſagittariorum
item in præſidiis arcium, ac munition
bus, in triremibus cæteriſque navibus a
regni cuſtodiam armatis. & hæ ſunt re
gni expenſæ ordinariæ, ſuntque aliæ in
numeræ extraordinariæ, ſed continua
Adeo ut à Rege Franciſco I, qui unum
millionem auri reliquit, ad hæc uſqu
tempora nihil unquam accumulari po
tuerit : ſed in extraordinariis bellis, re
rumve aliarum neceſſitatibus ſemper in
venta eſt pecunia, vel augendo taleas
vel decimas Cleri multiplicando, vel mu
tuo accipiendo à civitatibus, quæ cæte
roquin libertate fruuntur : adeo ut Co
rona in præſens debeat quindecim aur
milliones, computatis bonis Regii Do
minii, quæ oppignorata ſunt : & hæc
cauſa eſt, cur modo impenſæ, quoad fier
poteſt, ſubducantur, & pecunia con
gregetur, ut his oneribus Regnum exi
matur : quæ res exitum ſortitura ſpera
tur, ſi pax perduraverit. Et hæc, quo ad
dignitatem atque potentiam Regni Gal
liæ dicta ſufficiant.

Verumenimvero, quod ſpectat ad
eorum, qui regnum adminiſtrant, au
ctoritatem, (hoc autem tertium fuit diſ

ſerta

rtationis noſtræ caput) ampliſſimum
oc ac potentiſſimum, omnibuſque
ivitiis, & opibus, affluentiſſimum re-
num totum ab unius arbitrio Regis
ependet, qui naturalis eſt Princeps, cui
opuli obtemperant, & cujus abſoluta
iper omnes eſt auctoritas.

Eſt autem Galliæ Rex naturalis Prin-
eps, antiqua ex ſtirpe oriundus, &
nille abhinc annis in eo Regno jura
ucceſſionis agnoſcens: in Regnum
non ſuccedit electione populorum, id-
oque eorum favorem non ambit, ne-
que tyrannidem occupat, ſed naturæ
ordine, quia filius eſt natu major, vel
quia conſanguineus eſt, gubernacula
capit, excluſis ſemper extra matrimo-
nium natis, & fœminis: ſuccedit e-
nim primogenitus: ſin minus, ſan-
guine conjunctior, quia Regnum divi-
ſionem non patitur, ſed uni debetur: &
hic mos non ſolum in Regno Galliæ, ſed
in domibus magnatum receptus eſt, ut
primogenitus totam capiat hæredita-
tem, cæteri vero tantum habeant,
quantum vitæ ſuſtentandæ ſatis ſit, jux-
ta eorum merita: quæ res dignitatem
Statuum opeſque conſervat: alioquin
ſi patrimonia in capita dividerentur,
quod fit in Germania, cito ad nihi-
lum redigerentur. Ideo dixit Sanctus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

Bernardus ex tribus vitæ humanæ ſtati bus expedire, ut Principes & Domini per ſtirpes & primogenituram ſibi ſucce dant: Cives & ii qui mechanicas non ex ercent, per capita: plebeii vero & ruſti ci ut in commune vivant.

Naturales tantum filii in Gallia nun quam ad paternam ſucceſſionem ad mittuntur niſi ex gratia: imo lege veti tum eſt, baſtardorum aliquam ratio nem haberi, (de maribus intelligo) & ni hil unquam habiti ſunt, poſtquam Ca roli Magni linea defecit, niſi in præſens cum in vivis eſt baſtardus Aurelianenſis filius Henrici Regis ex fœmina Aurelia-nenſi, à qua denominatur, ætatis viginti annorum.

Conſuetudines longo uſu legis ha-bent vigorem: ſed & hæc, & lex etiam Salica omnino fœminas excludit ex re-gni ſucceſſione: ideo fit, ut Rex Galliæ ſemper Gallus ſit, neque alterius natio-nis eſſe poſſit. neque enim unquam ibi accidit, quod ſępe in regnis aliis, ut ſcilicet Rex creetur, qui ex natione ſit odio habi-ta, atque peregrina, quemadmodum Hi-ſpaniæ regnum ad Belgas devenit, Nea-polis & Sicilia ad Hiſpanos: ex qua re ac-cidit ut nullũ in toto mundo regnum ſit, in quo multi Principes jus non habeant, quod bellis & ſtudio partium ſuſtentare

con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

ntendunt: adeo ut regna in ſe ipſis di-
à ſæpe plurimorum præda fiant. Quæ
a res effecit, ut in Italiam tot arma
tque morum varietates irrepſerint.
rum Francia ab hujuſmodi calamita-
immunis exſtitit, quia excluſis fœmi-
s omnia excluduntur jura, quæ ad il-
d regnum adipiſcendum peregrini poſ-
nt obtendere.

Hi reſpectus radices ſunt & funda-
nentum amoris, atque obedientiæ po-
ulorum, quia regio imperio aſſuefacti
ullam aliam curant formam Reipubli-
æ: cumque ſe in ejuſmodi fortuna or-
os eſſe cognoſcant, ut omnino uni Re-
i parere debeant, libenter parent ei, qui
d imperandum natus, nulla fraude nul-
aque vi imperium occupaverit: proinde
uſpicione adverſus ſubditos ille nun-
quam ducitur, ſed eos ad ſui majorem
gloriam conſervat, atque tuetur.

Hinc etiam fit, ut Rex Galliæ cum ſuis
ſubditis adeo familiaris exiſtat, ut tan-
quam ſocios eos tractet, neque à ſua præ-
ſentia quiſquam repellatur: adeo ut et-
iam Lachæi, viliſſima gens, in intimum
Regis cubiculum penetrare audeant,
cunctaque introſpicere & audire. Quod
ſi aliquid ardui agendum eſt, inter mul-
titudinem agendum & ſubmiſſa voce
loquendum eſt, ne vulgus audiat: hæc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

autem familiaritas, etſi nationem inſo
lentem atque arrogantem efficit,eam ta
men fidelem etiam erga ſuum Principem
facit atque obſequentem. Sed quod ma
gis fidem amoremq; populorum conſer
vat, eſt utilitatis ſpes: nam cum ad Re
gem Galliæ pertineat diſtributio to
graduum, officiorum, magiſtratuum
totque Eccleſiaſticorum bonorum, to
penſionum,tot munerum, tot deniqu
honorum &commodorum,qui in eo re
gno propemodum infiniti ſunt, omni
inter Gallos partitur: neque contingit in
Gallia, quod in cæteris regnis, præſertim
in Neapolitano accidit, ut populi male
contenti & in omnium rerum deſpera
tione vivant, quoniam munera & ho
nores,qui diſtribuendi erant inter regni-
colas,omnes in peregrinos homines con
ferantur. Et quanquam rex Galliæ aliquo
Italum, alteriuſq; nationis hominem be-
neficiis afficit,ii tamẽ pauci ſunt,omniſq
favor inde oritur, quod is de Corona be-
nemeritus ſit. Idcirco in Gallia inaudita
res eſt,populos ad alium Principem defe-
ciſſe,& rariſſimi fuere tumultus, neque
ſcitur alius quam hic poſtremo factus.
pauci Galli proſcribũtur:pauci aliis Prin-
cipibus ſerviunt: verum omnes Regem
ſuum amant & quaſi adorant, omnes
rem vitamq; pro ipſo libenter paciſcun-
tur, omnes ſuas poſtponũt commodita-

tes

s laboribus,voluptates periculis, quie-
m moleſtiis,alii ut partibus ſatisfaciant
is, alii ut ſui laudabile præbeant exem-
lum, alii propter conſequenda præmia.
uocirca quemadmodum rex ab omni-
us diligitur coliturque,ita ſupremam &
bſolutam in regno ſuo obtinet auctori-
atem: Etenim ab ejus arbitrio ſolo om-
is & belli & pacis deliberatio, omnes
ravaminũ impoſitiones ac tributa, be-
eficiorum indulta,munerum,magiſtra-
uum, gubernationum diſtributiones in
oto regno dependent, utque ſermonem
neum in compendium redigam,rex co-
gnoſcitur tanquam verus Monarcha,ſo-
luſq; omnium dominus,nulluſq; eſt tan-
tæ auctoritatis,Conſilium,aut magiſtra-
tus,qui ejus actionibus modum queat
præſcribere, neq; in toto regno ullus eſt
Princeps aut dominus, qui ejuſdé volun-
tati audeat obſiſtere:nam omnes conſan-
guinei regis aliique proceres,ſi cum rege
comparétur,pauperes adeo ſunt, parvęq;
auctoritatis, ut ſi contra ipſum inſulta-
rent,nullos aſſeclas habituri eſſent: ſunt
auté pauperes, quia omnes alicujus mo-
menti ditiones atq; opes variis tempori-
bus ad Coronam devolutæ ſunt, vel ob
marium defectum,utProvincia,Andega-
vium,Beri,Alanſon, Ghienna,Britannia,
aliæque ditiones, vel quia eæ domus ad

regnum vocatæ ſunt, ut domus Aurelianenſis, Angolenſis, & ante has Valeſia vel jure fiſci, ut ditio Borbonii tempore Ludovici XI & Regis Franciſci I. Habent autem parum auctoritatis, quia nemo Principum in regno juriſdictionem habet in populos, excepto uno Rege: quanquam audimus nomina Ducis Aurelianenſis, vel Ducis Andegavenſis nihilominus titulo tantum & reditibus fruuntur: cæterum ſolus Rex imperat. Quod pertinet ad arcanum Conſilium, ad id pauci admittuntur, iique ex charioribus, magiſque intimis: aliquando etiam unus tantum præficitur, ut tempore Regis Henrici Comes ſtabuli, & tempore Franciſci I Cardinalis Lotharingius. Hoc Conſilium à Rege Franciſco I inceptum eſt, quod is à pluribus Conſiliariis abhorreret, primuſque fuit Regum Galliæ, qui ex ſua ſententia Rempublicam adminiſtraret: hoc autem Conſilium tunc ab eo convocabatur, cum aut mane ſurgeret, aliave ad corpus facientia curaret, ſiquidem interim cum iis per otioſas illas horas de negotiis arduis deliberabat: quod Conſilium continuavere ſucceſſores; quamquam mutato ſtylo, & ordinarium Conſilium factum eſt, in quod præcipui tantum viri admittuntur: Ad privatum au-
tem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

em Conſilium, in quo ardua tantum a-
itabantur, ea tantum rejiciuntur, quæ
ixta regni conſtitutiones modificanda
int, vel ea, quibus Rex vitandi tædii cau-
a ſeſe exonerat. Illud igitur Conſilium
degli Affari dictum) auctoritatis eſt ab-
olutæ, hoc autem privatum Conſilium
ordinariæ: idcirco accidit interdum, ut
Parlamenta, quæ in rebus juſtitiæ atque
egum ſupremam habent auctoritatem,
præſertim Pariſienſe, Conſilii Privati de-
creta moderentur, interpretentur, &
nonnunquam penitus reprobent: at in
altero arcaniore Conſilio nemo audet
quidquam innovare.

Quod ſi ulla in Gallia auctoritas pote-
ſtati regiæ modum poteſt imponere, ea
quidem eſt omnium trium ſtatuum Aſ-
ſemblea, quæ totum regni corpus repræ-
ſentat, ut eſt in Anglia & in Scotia Ge-
nerale Parlamentum, & in Germania
Diæta: Solebat autem quotannis con-
gregari, cum aliquid arduum tractan-
dum foret, & hoc modo congregaba-
tur.

Quælibet Provincia atque civitas cer-
tos deputabat homines, qui tres Regni
ordines referrent, alii Clerum, alii Nobi-
litatem, alii Populum. Hi omnes coram
Rege conveniebant, ubi tanquam in pu-
blico ac libero auditorio, & in ſupremo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

quodam Conſilio populorum gravamina audiebantur, principum controverſiæ, regni neceſſitates; & pro rerum occaſionibus decernebatur de pecunia paranda, de militibus conſcribendis, de augendis ſive minuendis oneribus ac gravaminibus, de militum abuſibus corrigendis, de juſtitiæ & morum reformatione, fratribus ac filiis Regis parte aſſignanda, defectibus Reipublicę emendandis, de novo Rege deſignando, quando Rex eſt minor; demum de omnibus rebus neceſſariis ad regni conſervationem, atque tranquillitatem: Et quicquid in eo conventu decernebatur, legis habebat vigorem, neque modo populos obligabat, ſed ipſum regem: hoc autem Conſilium (*il fare de gli Stati*) vocabatur. Quæ res ab antiquis Regibus facile tolerabatur, quo tempore nondum mundus in ambitione atque ſuperbia immerſus erat, æſtimabaturq; Rege dignius artibus modeſtiæ & æquitatis populos regere, quam vi, ut nunc, regnum amplificare.

Verum ubi rara illa Regum virtus defecit, & cuique ſua libido imperavit, hæc conſuetudo congregandorum Statuum abolita eſt, ut paulatim hoc jugum ſemoveretur, & regnante Ludovico XI perduellionis reus habebatur, quiſquis de eo Conſilio reſtituendo verbum feciſſet, ſolebat-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

cbatque Rex ille uſurpare, ſe ex ephebis am exceſſiſſe, neque tutoris egere: & ab o tempore nunquam Status congregati uere ſecundũ veterem modum, niſi bis: primo, cum anno milleſimo quadringenteſimo octuageſimo tertio Carolus VIII in Coronam ſucceſſit, nam cum minor eſſet, regni gubernatio ordinanda erat: iterum quoque anno præterito milleſimo quingenteſimo ſexageſimo primo convocati fuere ſtatus vivente Rege Franciſco II ex conſilio Cardinalis Lotharingii ob eas cauſas quas deinde narrabo: mortuo autem eo Rege ſucceſſit hic quem habemus, tenera ætate, & ejuſmodi Aſſemblea repetita eſt: Ex qua re, quoniam tãta confuſio emanavit, quantus olim ſolebat ordo & commodum publicum induci, ideo credendum eſt, fore, ut omnino hic mos obſoleſcat, & Regis auctoritas quotidie adaugeatur.

Hæc ſunt fundamenta & columnæ, quibus hactenus machina regni Franciæ incubuit atque innixa eſt: nam imperii latitudo, urbium frequentia, provinciarum numerus, ſitus natura munitus, limitum ſecuritas, populorum ac militum multitudo, ſuprema Regum auctoritas, præcipuæ cauſæ ſunt cur regnum illud tam diu perſtiterit, tot bella tanta ſua gloria perfecerit, tantam nominis

exiſti-

exiſtimationem & imperium paraverit, amicos ſervaverit, hoſtes perterruerit: & per hæc noſtra tempora habitum fuerit oppreſſorum hominum refugium. poſſet autem adhuc ejuſmodi res, ac majora efficere, niſi ea contigiſſent incommoda, de quibus poſtmodum ſermo inſtituitur, quæ quidem incommoda eam virtutem debilitant, in qua omnis gloria atque amplitudo imperii illius ſita atque ſtabilita erat.

PHILIPPI HONORII

Deſcriptio

POLITICI STATVS IN REGNO GALLIAE.

GAlli, omnium ſcriptorum judicio, populi ſagaciſſimi ac bellicoſiſſimi, optimum ſibi Politiæ ſtatum conſtituere conantes, Monarchiam Regalem elegerunt. Natura enim ita comparatum videbant, ut unum aliquem excellenti dignitate magis venerentur & metuant homines; quam coactum aliquem numerum delectorum, qui tempore commutantur. Ratio etiam ipſa præſcribit in omnibus rebus ad unum aliquem, velut ad caput atque fontem, neceſſario confugiendum; & rem eſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

lenam incommodi & periculi, quando
lures imperium ſimul obtinent.

Quinetiam exempla teſtãtur, Monar-
hias, etiamſi vel interitu Principum vel
lio quodam humano caſu fuerint im-
nutatæ, diuturniores fuiſſe & tranquil-
ores, quam vel optimatum vel popu-
arem ſtatum: ut in Aſſyriis & Ægyptiis
c Parthis, imo ut propioribus exemplis
tamur, in Britannia, Hiſpania Gallia-
ue videmus, quibus ſane provinciis nul-
e aliæ Reſpublicæ temporis diuturnita-
e conferri poſſunt. Fit vero plerumque,
t Optimatum ſtatus, qui Ariſtocratia
icitur, in Oligarchiam commutetur,
uæ paucorum eſt dominatus, quando
x optimatibus & primis civitatis qui-
am pauci, velut conjuratione facta, ho-
ores & emolumenta omnia inter ſe par-
iuntur, & ſuas privatim fortunas ampli-
icare ſtudent, neglecta communi utili-
ate, quam ſolam & in primis curare de-
ebant. Alterum genus quod ad promiſ-
uum vulgus pertinet, & popularis ſta-
us ſeu Democratia dicitur, ſemper habi-
um eſt tumultuoſum & periculi ple-
num, & viris præſtantibus inimicum.
Prudentiſſime ergo Galli populi ab om-
ni tempore uni magis, quem ex virtute
& juſtitia æſtimabant cæteris præcellere,
quam vel pluribus ac præcipuis populi,
vel

vel multitudini, rerum ſummam commendandam eſſe cenſuerunt; prout & ſingularis aliquis qui ſolus rerum potitur, facilius aut promptius incommodis & periculis mederi poteſt, quam multi ſimul, gradu & dignitate pares. Neque vero effrenatam ſive abſolutam in Reges ſuos tranſtulerunt poteſtatem, ſed certis legibus & conditionibus optime limitatam & circumſcriptam, ne tyrannidi locus daretur, ut in progreſſu oſtendemus. Cæterum quemadmodum in humanis actionibus nihil ſtabile eſt & perpetuum, ſed cuncta vel temporis lapſu collabaſcunt, vel ſæculorum pravitate immutantur; ſic in Gallia quoque licet idem ſemper ſtatus, monarchicus ſcilicet Regalis, fuerit, non omni tamen tempore eadem gubernandæ Reipublicæ ratio fuit: quam omnem ab initio conſtituti Regni breviter ac dilucide exponemus.

Status Galliæ, priuſquam à Romanis illa in provinciam eſſet redacta, is fuit, ut neque univerſa unius imperio regeretur, neque ſingulæ civitates vel in populi vel in Optimatum poteſtate eſſent; ſed ita diviſa fuit, ut pleræque Optimatum conſilio regerentur (quæ liberæ dicebantur) cæteræ Reges haberent. Omnes quidem id inſtitutum tenebant, ut certo an-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

tempore publicum gentis concilium
erent, in quo quæ ad ſummam reipub-
ę pertinere videbantur, conſtituerunt.
vitates autem LXIV Tacitus lib.3. nu-
erat, hoc eſt, ut ex Cæſare intelligitur,
giones, quæ non modo lingua, mori-
ıs & inſtitutis, verum etiam iiſdem Ma-
ſtratibus utebantur, quales ipſe multis
cis Heduorum, Avernorum, Rhemo-
ım, &c. civitates præcipue comme-
ıorat.

Reges vero vel Regulos potius Galli
ım eos appellabant, qui non ad tem-
ıs, ut civitatum Magiſtratus, ſed in
erpetuum regium imperium, quan-
ımvis exiguis finibus, obtinebant: quos
nmutata temporum conſuetudo, Du-
es, Marchiones, Comites nominavit.

Erant hi Reges non hæreditarii, ſed à
opulo propter Iuſtitiæ opinionem eli-
ebantur; neque habebant infinitum, ſo-
ıtum & effrenatum imperium, ſed cer-
s legibus ita circumſcriptum, ut non
ıinus ipſi in populi, quam populus in
ſorum poteſtate eſſent: ut fere regna
la nihil niſi Magiſtratus perpetui vide-
entur. Nam multos nominat Cæſar pri-
atos, quorum tamen parentes ac ma-
ores Regnum obtinuerant Optimatum
rgo & delectorum auctoritate, qui-
us eam poteſtatem populus permiſerat,
tan-

tanquam freno coercebantur: quæ optima Reipublicæ forma, teſte Platone, Ariſtotele, Polybio & Cicerone, fuit.

Porro Gallia à Romanis in provinciæ formam redacta, eodem modo Reges ipſorum ex virtute & Nobilitate (ad Germanorum exemplum, ut apud Tacitum videre eſt) totius populi judicio ac ſuffragiis electi ac conſtituti ſunt: quorum tres tantum in hodiernum uſque diem, annis fere MCC quibus regnum illud duravit, familiæ recenſentur.

I. Merovingiorum, qui orti à Meroveo, ſtirpem ad annos CCLXXXII propagarunt.

II. Carolovingiorum, qui orti à Carolo Magno ſobolem ad annos CCCXXXVII produxerunt.

III. Capevingiorum, qui ab Hugone Capeto prognati, annis fere DXC regnum obtinent.

Nam licet deferendi Regni judicium arbitriumq; penes Ordinum comitia publicumq; totius gentis concilium ſemper fuerit; filiis tamen & iis qui ex Regis demortui ſtirpe eſſent, propter nobilitaté, more Germanorum, & innatam quodammodo virtutem, prærogativam illam fere reliquerunt, ut eos quaſi hæreditatis quodam jure aliis pari virtute præferrent, ita tamen, ut ſi Regis defun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

ti filii annis XXIX minores eſſent, eos
creari jus non eſſet. adeo ut alium ætatis
legitimæ creari neceſſe eſſet: cujus exem-
plum exſtat anno Chriſti CCCIX in Elo-
gio Rege. Sed & ſubinde hoc ipſum Re-
gnum quod Franco-Galliæ dicitur, inter
plures Regum demortuorum filios, ex
procerum Regni voluntate & arbitrio
diviſum fuiſſe, plurima exſtant exempla.
Si vero populus filio repudiato alium eli-
geret, relinquebantur filio repudiato ad
tuendam ſuam dignitatem res quæ pro-
priæ regis & ipſius patrimoniales fuerũt.
Cætera quę Regni & Reip. erant, & Reip.
dicuntur, ei ad quem Regnum defereba-
tur attribuebantur, ſicut & eæ res, quæ
Fiſci dicuntur, quæ ſcilicet ad tuendam
dignitatem ſuam, partim ad uſus Reipu-
blicæ repentinos attributæ ſunt, ut erant
Ducatus & Comitatus varii, qui etiam
in populi comitiis illis aſſignabantur. Se-
cundo & illud ſemper obſervatum fuit,
ut filiæ à regni ſucceſſione excluderen-
tur, (non quidem lege Salica, ut quidam
male exiſtimant, nam ea de privato tan-
tum patrimonio, nec de feudis quidem
ſed de allodiis, auctore Salagaſio, uno ex
Regni proceribus, unde Salica ab ejus
nomine dicta eſt, conſtituta fuit) & iis
neglectis, fratribus vel patruis, aut etiam
extraneis per Proceres regnum ſemper

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

delatum ſit. Atque hæc de Regibus, primo Reipublicæ capite. Antequam autem reliqua de Regis electione, ejuſq; & Reipublicæ concilio rationeque adminiſtrandi regni aliquid dicam: operæpretium facturum me arbitror, ſi prius membra illa regni quæ Regem conſtituendi & abdicandi poteſtatem habere diximus, paucis deſcripſero, quo magis dulcis & bella harmonia qua Regnum hoc à majoribus conſtitutum & temperatum eſt, eluceſcat.

Illud inprimis magni eſt momenti, regiam poteſtatem ac reliquos omnes regni ordines adeo commodis & æquis rationibus inter ſe devinctos eſſe, ac velut coagmentatos, ut vix ullum poſſit inter ipſos magnum diſſidium oriri. Sunt autem ordines in Galliis tres præcipui, penes quos legitimum gentis concilium regnumque adimendi ac conſtituendi facultas omnibus temporibus fuit, Nobilitas ſcilicet, Populus, Vulgus. Hi ſinguli pro ſua quiſque conditione ſuas habent leges ac inſtituta, quibus utuntur, & adeo commode ſunt invicem aggregati, ut ægre facultatem habeant alii alios opprimendi, aut etiam adverſus Reges conjurandi. De Eccleſiaſticorum ordine, qui quartus cenſeri poteſt, (quamquam hodie, quum in tantam excreverit poten-

ntiam,primum obtineat)deinde dictu-
ſumus.

Nobilitas igitur Galliæ ſive Equeſtris
do maximis fruitur commoditatibus
privilegiis, eoque fit, ut magno quo-
m affectu Regem complectatur, & vi-
m quoque pro ipſius ac patriæ ſalute
rofundat. Neque enim ullum pendunt
ibutum, & armatis licet ipſis eſſe quo-
ue loco,& multa habent vitæ præſidia,
c ut non ſit opus illiberalem aut quæ-
uariam aliquam artem exercere: Hoc
nim noſtris moribus, minime illis con-
editur,niſi forte domi maneant, ac rei
miliari ſtudeant.Sed ſi Regem ſectari
elint, habent quo ſe honeſte alant.Plu-
ima enim ſunt domus & aulæ regiæ mi-
iſteria, quæ ſolis Nobilibus attribuun-
ur, qui ſinguli partem aliquam anni in
s procurandis conſumunt, & reliquum
empus vacuum habent ac liberum re-
us privatis atque domeſticis admini-
trandis. Hi omnes annuum à Rege ac-
ipiunt ſtipendium; & ampliora ſperan-
i magnas habent occaſiones. Principes
utem viri & majoris dignitatis Proceres
uoniam & ipſi Regis beneficentiam ex-
eriũtur,ac partem Reip.procurant,No-
ilibus qui ſunt re familiari minus lauta,
ictum & alia ſępe communicant.Dein-
e reges perpetuum alunt & numeroſum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

equitatum, exercendæ & alendæ nobilitatis cauſſa, ac in tanto equitatus numero plurimæ ſunt præfecturæ quæ in illos diſtribuuntur, eaque ratio non minus pacis quam belli tempore durat. Majoris quidem loci Nobiles pro ſua quiſque conditione ac virtute præficiuntur equitibus, ex reliquis autem alii ſunt legati, alii ſigniferi, alii cataphracti; & qui per ætatem arma ferre non poſſunt, reliquis famulantur, & quum nullum eſt bellum, licet ipſis manere domi, ejuſque ſtipendii partem aliquam parcimonia conſervare. Ad hęc vix credibile eſt quam multæ ſint per Galliam præfecturæ, ut ſic dicam, urbanæ, quæ ſoli Nobilitati committuntur, nam alii provinciis, alii finibus, alii caſtellis & arcibus, alii vicis præficiuntur, ut interim nihil dicam de majoribus illis muneribus quæ Principibus tantum tribui ſolent, cujuſmodi ſunt qui ipſorum lingua Conneſtabuli, Mareſcalli, Ammiralii, & id genus alii dicuntur. Sed & annuam pecuniam, velut honorarium quoddam Reges liberalitate quadam elargiri ſolent in multos nobiles qui nulli ſunt addicti miniſterio. Hi appellantur ipſorum lingua Penſionarii. Satis igitur ex iis quæ diximus apparet, ordinem equeſtrem valde honeſte & liberaliter in Galliis haberi; & recte quidem;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

em; nam & patriam ab hoſtibus defenunt, & natura fere cæteris antecellunt, : non ſolum ipſis, verum etiam majoum ipſorum meritis atque virtuti illud ribuitur.

Alter etiam ordo ſuas habet commoitates non exiguas. Ad hunc pertinent nercatores qui eo majorem quæſtum aciunt, quod tuto ipſis per omnem Galiam proficiſci ac negotiari licet, tum uod nobiles ab omni mercatura abſtiient,& ſplendide fere ac ſumptuoſe veſtiuntur. Huic etiam ordini conveniunt c tribuuntur quæſturæ & rationes numariæ, item præturæ,& quidquid ad juiſdictionem pertinet:qua ſane in re pluimum eſt honoris & emolumenti.Sunt nim in hoc regno Iuris adminiſtri,Iudices, Advocati, cauſarum Procuratores, Scribæ,& id genus alii multo plures,mea quidem ſententia, quam in reliquis omnibus orbis Chriſtiani provinciis : quod peropportune illis accidit; qui relicta mercatura,his rebus operam navare volunt.

Et adeo quidem fructuoſus & dives eſt hic ordo, ut Nobiles etiam invideant: quamquam certe dignitate & ſplendore reliquis omnibus præſtent.Et qui ſunt alterius ordinis, utplurimum ad hunc adſpirant,ut poſtea dicemus.

In tertio genere eſt Vulgus & promiſcua hominum multitudo, qui & agros colunt, & omnis generis artificia tractant. Vt autem hi vel nimia utantur libertate, vel admodum ſint divites, vel in armis etiam exercitati, non eſt conſultum. Nam quia conditionem ſervitutis oderunt omnes, & natura ſuas fortunas amplificare ſtudent, facile fit, ut arma capiant, & potentiores opprimant: quod & in Galliis & aliis in locis non ſemel accidiſſe conſtat. Vt autem ejuſmodi ſint ordines ac veluti gradus in omni Republica, neceſſe eſt: quemadmodum in corpore humano videmus infirmiora & ignobiliora membra miniſtrare dignioribus. Neq; tamen eſt quod hi ſtatum ſuũ cavillentur aut deplorent & indigne ferant; quoniam & jus ipſis communicatur æquabiliter, & quam à majoribus acceperunt, ea utuntur libertate, & multis etiam reipublicę miniſteriis adhibentur, & ſola virtute, induſtria & aſſiduitate poſſunt emergere, & ad ſecundum ordinem pervenire, quod ſecũdo non licet, ut ſcilicet ad primum evadat, niſi Regis ſingulari beneficio, quod ille ſolet iis impertiri qui aut jam fecerunt, aut pro Republica præclarum aliquid & egregium facere poſſunt. Et prudenter quidem iſtud inſtitutum eſt, primum, ut ordo

con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

onſervetur equeſtris, qui per bella fere minuitur, & ſumptus vix tolerare poeſt. Deinde, ut homines tantis excitati præmiis, virtute contendant, & ad ſupremum gradum eluctentur. Hac etiam ſpe confiſi qui ſunt plebeii & infimi ordinis adſpirant ad ſecundum, & quum in eo verſati fuerint aliquamdiu, ad primum. Itaque fit, ut minus ſit inter ipſos invidiæ & malevolentiæ, quando vident meritis ac virtuti patefactam eſſe ad ampliſſimos honores viam, & propoſitum eſſe periculum, ſi malis rationibus eoſdem ſtudeant obtinere. Quod ſi vel conatus nimium difficilis, vel nulla ſpes eſſet amplior conſequendi, qui ſunt mediocris & infimi gradus, magni præſertim animi cauſam reperirent, & occaſionem excitandi motus, & ſui ordinis homines, contra potentiores armandi: nunc autem minime difficilis eſt ratio: & videmus quam multi ex humili ſæpe loco ad ſummum faſtigium evadant. Hanc quoque rationem diligenter olim ſervabant Romani, nam à populari ſtatim gradum faciebant ad ordinem Equeſtrem, & hinc deinde ad Patritiam & Senatoriam dignitatem patebat aditus.

Eſt præterea ordo Eccleſiaſticus nulli non communis, qui modo animum huc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

adjiciciat: & pro Galliæ conſuetudine non raro accidit, ut etiam plebeii homines virtute ac eruditione præſtantes, ampliſſimos in eo genere honores conſequantur, Cardinalatum aliquando, vel etiam Pontificatum. Quæ ſane ad virtutem & literarum ſtudia mirificam homines inflammandi vim habet.

Ex jam dictis liquet quam apte & venuſte inter ſe cohæreant omnes regni ordines, è quibus ſi quis aliquid delinquat, facilis eſt medicina. Nam ſi Nobiles cæteris injuriam faciant, coercentur ab iis qui jus reddunt, quorum tanta eſt auctoritas, ut quantumvis magni principes eorum cogantur parere decretis. Quod ſi populus etiam ſive vulgus aliquid moliatur, ut nonnunquam accidit, non eſt difficile Nobilitati propter potentiam & uſum armorum illos ad officium reducere, eoque fit ut ſuarum rerum finibus ac veluti cancellis ſeſe contineant omnes, ac pacem alii cum aliis colant, quando neque cauſam habent neque facultatem aliquid conandi, & periculum in eo ſummum eſſe vident. Itaque Regem tanti beneficii auctorem amplectuntur & amant omnes, ac cum tempus incidit, libentiſſime imperata faciunt, & publicis neceſſitatibus magno ſtudio ſubveniunt. Quod ſi privatim ali-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

ui ab officio diſcedent, parata ſunt re-
nedia, ſic ut malum non poſſit longius
ſerpere. Et hæc quidem de Ordinum in
hoc regno ſtatu ſatis.

Ex quibus conſtat quam concinne
Monarchia hæc juxta juſtitiam diſtribu-
tivam ſit temperata, atque adminiſtra-
ta, & Ariſtocratice, hoc eſt, Optimatum
imperio, & Democratice, hoc eſt, totius
populi interventu: quippe quum ad om-
nes honores omnibus pateat aditus. Quę
quidem eſt illa Reipublicæ forma, quam
tantopere propter dulcem harmoniam
omniumque Reipublicæ generum tem-
perationem, omnes Philoſophi com-
mendarunt, & ubi vetus illa lex aurea
locum habet, *Salus populi ſuprema lex
eſto.*

Verum ut redeamus unde digreſſi ſu-
mus, ex tribus hiſce Regni Ordinibus
ſeu Statibus ſolet quotannis ad Calendas
Maii publicum ac ſolemne Concilium
ſeu Parlamentum vulgo haberi, atque
adeo quoties major aliqua res inciderit;
cui Rex in aureo tribunali ſedens, præe-
rat; & hinc primum Principes Regnique
Magiſtratus, tum inferiore loco legati ex
ſingulis civitatibus ſubſidebant, quos
vulgo Deputatos appellant. Carpento
autem Rex in atrium vehebatur, bobus
tracto, quos auriga ſtimulo agebat. Vbi

in atrium vel potius in Reipublicę ſacrarium ventum erat, tum Principes Regem in aureo ſolio collocabant, reliqui vero, uti diximus, ſuo quiſque loco atque ordine ſubſidebant, eoque demum in ſtatu atque Sacrario Regia Majeſtas dicebatur.

Auctoritas vero hujus Concilii omni tempore ſumma fuit, & hæc potiſſimum in eo agi ſolebant. Primum de creando vel abdicando Rege: tum de pace & bello, de legibus publicis, de ſummis honoribus, præfecturis & procurationibus Reipublicæ, de aſſignanda patrimonii parte liberis defuncti Regis, vel dote filiabus conſtituenda, quam Germanico verbo Abannagium, quaſi excluſoriam partem appellant: denique de iis rebus omnibus, quæ vulgus etiam nunc Negotia Statuum populari verbo nominat, quoniam de nulla, ut diximus, Reipublicæ parte, niſi in Statuum ſive Ordinum Concilio agi jus eſſet. Item, ſi quis Princeps aut illuſtriore loco natus, criminis alicujus inſimularetur, in judicium ad illud Concilium vocabatur, ibique cauſam dicere cogebatur. Quinetiam ſi quando Rex majores ſumptus facere inſtituiſſet, veluti in templis ædificandis, & monaſteriis fundandis, rex Ordinum conſilium & ſententiam

iam exquirebat. Poſtremo nec illud quidem prętermittendum eſt, tantam hujus Concilii apud cæteras gentes auctoritatem fuiſſe, ut etiam Principes exteri, ſi quid controverſiæ haberent, id interlum hujus Concilii arbitrio ac judicio permitterent.

Atque hoc Concilium hiſtorici alias Curiam, alias Conventum, alias Parlamentum, alias Placitum appellare ſolent, quod re in multorum conſilio quæſita & deliberata, tandem inter ipſos placuiſſet & conveniſſet. Vnde & Placita Philoſophorum apud Ciceronem & alios dicta ſunt. Atque hinc etiam promanaſſe videtur hodiernum illud mandatis ac literis Regis: *Quoniam ita nobis placitum eſt:* quod male nunc à Scribis Gallicis traductum eſt: *Car tel eſt noſtre playſir.*

Eligi etiam ſolebant in eodem hoc ordinum conventu ſeu concilio præfecti Reipublicæ, qui Merovingiis temporibus Majores domus, hoc eſt, Magiſtri Palatii dicebantur. Horum eadem apud Reges poteſtas fuit, quæ quondam apud Imperatores Romanos erat Præfectorum prætorio, qui etiam Aulæ præfecti dicebantur. Qui quum Regiam poteſtatem deſidia Regum aliquamdiu obſediſſent, eandem facultatem nacti, eam pro ſua occuparunt & uſurparunt.

Nam

Nam quum omnia fere Reipublicæ munera obirent, & ſi quod gerendum eſſet bellum, exercitibus præeſſent, Reges domi nudo atque inani nomine contenti, in otio vivebant: unde eo progreſſa res eſt, ut Childerico Rege XVIII regnum obtinente, Pipinus Magiſter Palatii, qui Regis nomine magna diuturnaque bella geſſerat, Saxones devicerat, ſuamque in poteſtatem redegerat, oblatam Regii nominis occupandi facultatem non repudiarit, exercitu præſertim eoque victore & glorioſo inſtructus. Tanta autem Præfectorum potentia initium (ut diximus) cœpit tempore Clotharii II circiter annum Chriſti MLXXXVIII, id eſt, circiter annum CXXX poſt regnum Francogalliæ conſtitutum.

Porro hic Pipinus in regnum, depoſito Childerico ſublimatus eſt: de quo hæc in Appendice Hannibaldi apud Trithemium, præter Marſilium Patavinum de tranſlatione Imperii capite VI. Eodem anno, inquit Thrithemius, Proceres totius Regni convenientes in unum, ſuper abrogatione Regis Childerici inutilis cœperunt habere Concilium. Placuit autem in commune omnibus, ut Regem Childericum nullam regnandi vel peritiam vel poteſtatem habentem deponerent, & Pipinum, penes quem totius re-

gni

ni ſumma manebat auctoritas, in Re-
m ſublimarent. Sed Pipinus in hanc
m conſentire noluit, niſi prius conſi-
um Pontificis Zachariç inquiratur, cau-
s allegans ſe moventes.

In Magiſtri hujus palatii locum ſucceſ-
iſſe videntur Comites ſtabuli, vulgo
onneſtabuli. Comites vulgo diceban-
r omnes, qui ampliſſimos quoſque ho-
ores in Regia obtinebant, & Rempub-
cam pro parte adminiſtrabant. Erat au-
m Comes ſtabuli fere is qui apud Ro-
anos Magiſter equitum dicebatur, id
t, qui equitatui præerat, cui cuſtodes
quorum ſuberant, qui vulgo Scarieri ap-
ellantur. Mareſchalcus Germanis voca-
ir, hodie eandem obtinet dignitatem
uam olim præfecti Prætorio, ſeu, ut di-
mus, Magiſtri Palatii; & ſub eo ſunt
uatuor Mareſchalci, id eſt, equitum Ma-
ſtri, ad quos pertinet litium milita-
um & ejuſmodi rerum dijudicatio.

Poſt hæc erecti ſunt tempore Hugo-
s Capeti (licet non ſatis inter ſcripto-
s de hac origine conveniat) illi quos Pa-
s Franciæ vocant. Ille enim amoto le-
timo hærede quum regnum occupaſ-
t, Proceres aliquot novo beneficio &
onore ſibi devinciendos putavit, nam
uſmodi aliquid ab eo factum eſſe, om-
es conſentiunt. Horum Parium conſti-
tuen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

tuendorum duplex cauſa fuiſſe videtur: Primum, ut Regum inaugurationi, & ut tum loquebantur, inveſtituræ præeſſent, hoc eſt, ut Regem imperii ſui inſignibus atque infulis ſolemniter in Principum atque Optimatum conventu exornarent. Deinde, ut ſi quis è Potentiorum aut Principum Franciæ numero, criminis alicujus capitalis reus fieret, judicium illud exercerent. nam quum antiquitus judicia illa in publico gentis concilio exercerentur, ut ſupra dictum eſt, atque is mos majorum paulatim Capevingiorum inſtituto ad Iuridiciale Parlamentum transferri cœpiſſet, neque Principes Regni facile illi Parlamento fortunas ſuas committendas putarent: Regibus ad ſuas rationes id commodiſſimum viſum eſt, præter illius Parlamenti curiam, hunc Parium conſeſſum inſtituere, quæ Parium Curia vocata eſt: quorum tamen numerus atque ordo aliquandiu varius fuit; neque enim duodecim viri ſemper fuerunt, ut nonnulli exiſtimant, ſed interdum plures, interdum pauciores erant, prout Regi, à quo ſummi honoris ac beneficii loco dignitas hæc conferebatur, commodum viſum fuit, (idque variis exemplis probari poſſet) ſicut & Parium hæc dignitas ſępe variis Principibus attributa eſt, & ad illo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

lorũ judicia nonnulli inſuper alii è Fran-
æ proceribus, ſatrapis & epiſcopis adhi-
eri ſunt ſoliti. Poſtremo in illorũ nume-
 etiam exteri reges ac principes fuerũt.
Porro, etſi hac Parium inſtitutione, &
uod Hugo ille Capetus ad conciliandos
bi retinendoſque, ut diximus, proce-
um animos, dignitates, quæ tempo-
riæ erant, puta Regni, Ducatus, &
omitatus, perpetuas fecit, haud pa-
um publici, de quo ſupra, Concilii au-
oritatem, licet cum ejuſdem Concilii
ſenſu, aſtute imminuerit: cætera ta-
nen cuncta adhuc ab eodem, pro more,
endebant Concilio. adeo ut etiam Bu-
æus & Carolus Molinæus tradant, rei
ummariç jus, hoc eſt, poteſtatem num-
orum vel augendi vel minuendi pre-
i, ſemper penes Francorum populum
iſſe. Memorabile eſt illud bellum quod
ropter publicum bonum Proceres Re-
ni, aſſiduis plebis querimoniis & expo-
ulationibus incitati, adverſus Ludovi-
um XI Regem decreverunt. Quin nec
ud omittendum, ſub eodem Ludovico
oncilium publicum apud Turones ad
alendas Aprilis anno M C D L X V I I
actum fuiſſe, in quo placuit, ut cer-
probatique viri, X X X V I ſcilicet, Cu-
tores Reipublicæ ex ſingulis ordini-
us deligerentur, qui Rempublicam
ordi-

ordinarent, & juri ac juſtitiæ providerent, duodecim ſcilicet ex Clero (qui unum ordinem jam obtinebat) totidem à Nobilitate, & totidem juris ac juſtitiæ periti ex populo: fidemque Rex tum Regali verbo promiſſoque dedit, ratum ſe habiturum quicquid illi XXXVI viri conſtituerent.

Atque hæc quidem in genere ad Capevingiorum uſque tempora totius Reipublicæ gubernandæ Regnive adminiſtrandi fuit uſurpata ratio, noſque ea hactenus recenſuimus Officiariorum regni munera, quibus qui præſunt ſeu funguntur, proprie Regni ſeu Coronæ adminiſtratores, officiales vel Sapientes dicũtur. quales ſunt inprimis illi quos publicum Concilium conſtituere diximus. item Pares Franciæ, deinde Conneſtabilis, Admiralius, Cancellarius, Quæſtor generalis Franciæ, &c. Alii etiam omni tempore fuerunt Conſiliarii & Officiarii Regni, qui privata Regum negotia curabant, eiſq; famulabantur aut adminiſtrabant, quales ſunt Camerarii & alii miniſtri & Officiales Aulæ Regiæ.

Præter hæc publica munera, inſtituta ſunt ſucceſſu temporis alia atque alia Parlamenta juridica: qua de re ſciendum, ad hæc fere Capevingiorum tempora, & ſimplicem minimeque intricatam juris redden-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

ddendi rationem, raraſque omnino li-
s fuiſſe . quod vel hinc licet cognoſce-
, quod Rex Ludovicus cognomento
ives , qui regnavit circiter annum M-
XXX (ut ex Ionvillio , qui ejus vitam
ſcripſit, conſtat) ipſe vel controverſias
ceptabat , vel diſceptandi negotium
nnullis è ſuo comitatu demandabat.
uod idem de Carolo Magno prodi-
m , qui vel dum calciaretur lites diri-
ebat. Hujus lex talis in Capitulari ex-
at: Hoc miſſi noſtri notum faciant Co-
itibus & populo, quod nos in omni ſe-
imana unum diem ad cauſſas audien-
as ſedere volumus. Creſcente deinde
avitate temporis, litium multitudine,
imum Baſilica magnifica Regis Ludo-
ci Huttini , vel ut alii volunt , Philippi
ulchri imperio circiter annum MCCXC.
ædificata eſt. Tum ex mediocri Iudi-
um numero tres Decuriæ factæ, magnæ
ameræ ſcilicet, inquiſitionum & Poſtu-
torum. Sed anno MDXXII Rex Fran-
ſcus quartam deinde Cameram, in qua
x novi Conſiliarii, adjecit. Rurſus idem
ex anno MDXLIII alios viginti creavit.
ed hic Iudicum conventus non fuit per-
etuus & perennis , ut hodie, ſed indicti-
us, nec niſi certo Principis mandato ex-
cceri ſolitus. Ad diem item S.Martini,
l eſt, 11 Idus Novembris à Rege edictum
Nn pro-

proponebatur, quo Parlamentum in choãdi judicibus à rege datur auctoritas

Verum paulatim in tantum huju conſeſſus ſive Parlamenti auctoritas ex crevit, ut nulla Regis lex, nulla conſtitu tio rata eſſet, niſi cujus illi Conſiliarii au ctores aut approbatores fuiſſent: deind ut nullus tota Gallia magiſtratus no modo urbanus, verum & militaris eſſe quem non ab illo conſeſſu inaugurari, & apud eundem in leges jurare oporteret tum ut ab eorum ſententiis appellanc jus non eſſet, ſed ut eorum decreta rat ac fixa eſſent: poſtremo quidquid pote ſtatis, imperii, auctoritatis, penes public Concilium & Statuum Parlamentun (cujus ſcilicet illi jam & nomen & aucto ritatem obtinent) fuiſſe diximus, id to tum in ſenatum illum tranſlatum fueri

At hodie, quando ſolus Rex pro ſu judicio cum ſecreto ac privato ſuo con ſilio quidvis decernit, prorſus in ordina rium juridicum conſilium converſun eſt, nec amplius circa Rempubl. regni negotia occupatur, fixamq; ſuam ſeden in Pariſiorum habet urbe. Quod quiden latiſſime patet, & ampliſſimam præ cæ teris ordinariis Curiis ſeu Parlament (quæ ſeptem omnino in Gallia nun ſunt) jurisdictionem habet. Cognoſcun autem ſingula de cauſis & criminalibu

omni

omnibus,& quod à ſingulis definitũ fue-rit,ei ſtandum eſt. Illud Pariſienſe præ cæteris habet, quod in eum conſeſſum quandoque ipſi Reges venire ſolebant, quoties magnam aliquam rem tractandam haberent,quæ vel bellum vel pacem concerneret.Hodie adhuc pactiones Regum,& quicquid omnino ad regni conſtitutionem pertinet, in eo recitatur, & ſcriptis publicis, quorum ipſi cuſtodiam habent,inſeritur.

Si quæ ab omni antiquitate & primordio regni Francogalliæ ad publicos Ordinum conventus referebantur, & poſtea iis abolitis, ad Senatum ſeu Parlamentum Pariſienſe, ea hodie ad ſolum Regem,& quos ille in conſilium adhibere vult, tranſlata ſunt.

Eſt & aliud in hoc Regno inſtitutum Conſilium,quod Magnum vocant,ex viris Principibus ac præcipuis aulæ & regni conſtans, quod tempore Caroli VII & VIII non niſi circa negotia ſtatus regni ac ipſius Reip. incolumitatem occupari ſolebat. Sed & hoc ipſum adeo multitudine cauſarum ac litium, temporis ſucceſſu, obrutum fuit, ut Carolus VIII ordinarium ex eo conſilium XVII conſiliariorum fecerit: quos deinde Ludovicus XII ad XX adauxit,addito cãcellario concilii præſide, adeo ut ſub rege Franciſco

& ipſa Cancellarii dignitas in Præſidatum, ut ſic dicam, erecta fuerit, atque deinde illi ſolum vacarent cognitioni cauſarum extraordinariarum, à privato Conſilio iis commiſſarum, & fere ordinarie appellationibus Præfecti hoſpitalis, ut vocant.

Præter ordinaria jam dicta ſeptem Iuridica Parlamenta, ut vulgato utamur verbo, & Magnum Conſilium, habet Rex privatum adhuc Conſilium, quod perpetuum & ordinarium eſt, Regemque fere comitatur, & circa negotia Regni præcipua occupari ſolet: quanquam & id hodie in ordinarium quaſi Conſilium converſum ſit, quando ſcilicet cauſis civitatum & Parlamentorum fere vacat, & plerumque etiam aliorum privatorum non ita magni momenti cauſſis, adeo ut hi viri ſpectabiles & illuſtres aliis rebus occupati, negotiorum publicorum, & ſtatum Regni concernentium, cognitionem & curam propemodum omnem amiſerint, totaque Regni adminiſtratio & cura Regis arbitrio & paucorum delectorum judicio commiſſa eſſe videatur, quod Secretum Conſilium nuncupatur, in quo cunctæ proponuntur deliberationes ſummam rerum concernentes, & ſuper quibus deliberatum à Privato & Finantiarum Conſilio fuit, ſi ejuſ-

ſi ejuſmodi modo negotia fuerint quæ Regis peculiarem cognitionem requirant. In hoc cuncta beneficia, literæ & mandata Regia ſignantur, aliorum Principum, Legatorum, Præſidum, & Capitaneorum literæ reſervantur, Reſponſa concipiuntur, & Statuum Secretariis committuntur.

IOANNIS BOTERI

De

REGNO GALLICO RELATIO.

HAbet Francia pro terminis Alpes, qui ipſam ab Italia dividunt: Rhodanus ſeparat ipſam à Sabaudia: Araris à Sebuſianis & Heduis: Moſella fluvius à Lotharingia, & Ducatu Lucemburgenſi: Aa rivilus Flandriæ, à latere Occidentali eſt: Franciæ ad Meridiem mare Mediterraneum eſt, & Pyrenæi montes: ad Occaſum Oceanus: ad Septentriones mare Britannicum. Extendit ſe in latere Meridionali Septentrionem verſus, à Lotharingia Caletum uſque, ſpacio quaſi cc leucarum Francicarum, dilatatque ſe paulo minus inter Ortum & Occaſum, à flumine Varo ad Taurum uſque: reſtringit ſe tamen tanto ma-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

magis, quanto plus Septentrioni accedit. Ejus minima latitudo eſt inter Caletum & Britanniæ promontorium. Figura ejus inter quadratum & rotundum eſt, ideoque multo capacius, quam quiſpiam arbitretur. Continet Provincias ampliſſimas, ſed præcipuæ ſunt Picardia, Normannia, Britannia, Francia, Campania, Burgundia, Avernia, Delphinatus, Provincia: nec ſunt tamen contemnendæ Bria, Beelſia, Turonia, Andegavenſis Ducatus, Santonia, Biturigum Ducatus, & aliæ. Initium ejus eſt in 42 gradu, experiturque talem aëris diverſitatem, ut pars quæ ad mare Mediterraneum eſt, (ubi ſunt Languedocia & Provincia) producat omne fructuum genus quod dat Italia. Ea autem quæ ad mare Britannicum eſt (ubi ſunt Britannia, Normannia, & Picardiæ pars) vinum non profert: reliquum regni abundat, plus quam credi poſſit, omni Europæ fructuum genere, exceptis olivis, ficubus, & ſimilibus. Aëris benignitas bonitati terræ, & fluviorum oportunitati conjuncta, adeo propitia commodaque eſt productioni frugum, omniſque generis animalium, ut ea in re Francia omnes alias Europæ partes ſuperet. Inter montes enim Averniæ & Delphinatus, & noſtrum mare,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

ër adeo temperatus eſt , frigore mon-
ium , perpetua fere nive opertorum,
c leni aura marina , ut ob oculos po-
iat cœli benignitatem , qua gaudet ora
Genuenſis. Ab alia autem parte ſunt
montes Pyrenæi valli loco , adverſus
rigus , quod retunditur , perditque
uam rigiditatem. Ipſi montes abundant
ndique balneis & venis aquæ calidæ.
Venti Septentrionales , qui , ſicut com-
munis opinio fert , aërem refrigerare
deberent , non ſunt ibi adeo gelidi,ſicut
aliis locis : capiunt enim venti partem
naturæ locorum , per quæ tranſeunt.
Si tranſeunt per montes nivoſos , adfe-
runt ſecum frigus illorum montium:
ſi per ſtagna, inficiuntur : ſi per ſylvas,
corrumpuntur : ſi per regiones arena
obſitas,incaleſcunt : ſi per lacus aut ma-
re , refrigerant. Accidit hinc , ut venti
Panormi in Sicilia ſint extreme calidi.
Antequam enim eo perveniunt , ver-
runt campos Siciliæ,accipiunt eorum ca-
lorem , feruntque eum in dictam civita-
tem.Notus eſt frigidus Genuæ, quod an-
tequam eo pertingat , mare tranſit , nec
attingit terram,recipitq; maris frigidita-
tem. Aquilo autem , qui per Franciam
ſpirat , venit à mari, quod ſua ſalſitate
caloris aliquid habet , nec impingens in
montes glacie aut nive obductos, exerit

ſe, curritque per campos Normanniæ, Campaniæ, Franciæ, aliarumque Provinciarum, ad montes Averniæ uſque. Aptior itaque eſt Aquilo temperandæ montium frigiditati, quam ut perdat ſuam temperiem. Ii montes itaque à ventis meridionalibus ab uno, & à ventis à Septentrione flantibus ab alio latere excalefacti, producunt undique optima paſcua, aluntque magnum armentorum & gregum numerum: herbas quoque medicinæ commodas, & ſimplicia perfectiſſima. Inter multos illorum montium ramos eſt unus, qui mons Aureus dicitur, propter herbarum copiam & ſimplicium nobilitatem. Horum omnium nos Anglia certos reddit. Quamvis enim ipſa magis ad Septentriones vergat quam Francia, quod tamen nullos montes, mare autem undique habet, eſt ibi aër ſatis temperatus. Multo autem temperantior eſt Francia, quod à Polo longius abſit: docent id vites, qui in Anglia non matureſcunt. Reddunt autem vites in Francia vina perfectiſſima, acciditque ſæpe ut ventus marinus à Septentrione aut ab Occaſu exorſus hyemem in ver mutet, vireantque campi lætis floribus, veſtiantur horti, renovetur tota fere natura, ita ut habitatores Turoniæ, Pictaviæ, Inſulæ Franciæ,

Lima-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

Limaniæ, (non ſolum Provinciæ vicinique populi) nec lacui Benaco (qui nunc lago di Garda dicitur) nec locis amœnioribus invideant. Terra Franciæ tota fertilis & fructifera eſt. Apenninus autem occupat fere quartam Italiæ partem, eſtque utplurimum aſper, redditque paucos fructus, ſed fundus Franciæ undiquaque omnis boni dives eſt. Montes Averniæ (qui tamen multi non ſunt) habent multa bona oppida, multa opulenta fertiliaque loca, in quibus ars pecuaria exercetur, inſtruuntque carne, butyro, & caſeis excellentibus bonam regni partem. Regni fere reliquum explicatur in latos campos, feracibus colliculis, herboſiſque vallibus diſtinctos. Vndique copia cum varietate, fertilitas cum delitiis, ſitus utilitas cum pulchritudine regionum contendit. In hoc abſque dubio cedit Franciæ Italia. Quamvis enim in aliquo ejus angulo amœnitas ſingularis, & excellentia ſitus perſpiciatur, qualis eſt, quæ vulgo Pieve Incini, Riviera di Salo, Conrado Vicentiæ, appellantur, Campania felix, Territorium Crotonienſe, & Tarentinum, aliquarumque aliarum civitatum Calabriæ: Sunt ea hic ſingularia, in Francia communia, præcipue in Burgundia, Bria, Inſula Franciæ; Turonia, Andegavo, Santonia, Languedocia,

 ubi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

ubi apparet, ſitus à natura diſtinctos eſſe, & compartitos ſua manu, aliquos Cereri, alios Baccho, alios Pomonæ, aliquos Palladi dicatos. Sed alia res viſu & conſideratione dignior in Francia non eſt, quam multitudo & amœnitas fluviorum navigabilium, quorum pars eam cingit, ſicut Araris, Rhodanus, Moſella, Soma: pars mediam percurrunt eam, ſicut Sequana, Ligeris, Garumna. In hæc tria flumina influunt, partim ex regni extremitatibus, partim ab ejus meditullio, tot alia flumina, ut totum regnum ſupra modum mercatile, communicationique rerum aptum reddant: ita ut propter incredibilem commoditatem, quam præbent vecturæ mercium, populorumque commercio, dici poſſit, populis illius regni omnia communia eſſe. In ſolo Ducatu Andegavenſi numerantur 40 flumina, magna & parva. unde Catharina Medicæa regina Franciæ, ſolita erat dicere, in eo regno plura navigabilia flumina eſſe, quam in cætero Europæ. Hyperbole ſane, quæ à veritate non longe diſcedebat. Terræ fertilitas & commoditas, quam flumina vehendis devehendiſque mercibus præbent, faciunt quod tot urbes & oppida in Francia ſint, quæ ut plurimum in ripis fluviorum ſita ſunt. Quamvis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

ancię multi boniq; portus non deſint, eliores tamen civitates non ad mare, d in locis Mediterraneis ſitũ obtinent. t eo colligitur, ipſarum amplitudinem on extrinſecus venire, ſed quaſi dome-cam eſſe. Sunt enim civitates mariti-æ ibi Mediterraneis majores, ubi plus xilii ſuſtentaculique à mari quam à rra recipiunt, ut Genua, Venetiæ, pidaurus, quæ vulgo Raguza dicitur. ed ubi civitatum magnitudo & ampli-udo eſſentialiter ſolumque dependet à erra, ibi civitates mediterraneæ exce-unt maritimas: talis eſt Mediolanum, t alia Longobardiæ, Flandriæ, Germa-iæ & Hungariæ oppida. Cum autem erræ opulentia communis toti Fran-iæ, & fluviorum oportunitas genera-s ſit, accidit inde, ut excipiendo Lute-iam Pariſiorum (cujus amplitudo pro-edit à ſede Regis, Curia, Academia, uibus accedit fluviorum vicinitas) civi-ates & oppida Franciæ, utplurimum mediocria aut parva ſint, oportuna ta-men & pulchra frequentiſſimaque. Scri-bit Iohannes Bodinus, deſcriptione tem-pore regis Henrici Secundi facta (in qua non comprehenſa fuit Burgundia) nu-meratos fuiſſe vicies & ſepties mille pa-gos campanalibus inſtructos; alia au-tem deſcriptione, quæ regnante Carolo

IX facta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

Vndecimo facta eſt, repertum fuiſſe, quod habitatorum numerus quindecim milliones excederet. Sicut autem Franciæ civitates & oppida favorem fluminum experiuntur, ita & arcibus villiſque nobilium privatorum parvi lacus ſtagnaque favent. Quamvis hujus Provinciæ lacus, Italiæ & Helvetiæ lacubus conferri non poſſint, ſunt tamen in ea tam multa ſtagna optimis piſcibus plena, ut eorum frequentia ſuppleat magnitudinem. Idem de ſylvis dici poſſit, quæ non adeo ſpatioſæ, ſed frequentes ibi ſunt, ex quibus percipiebatur quondam bona cenſus regii pars, ſunt autem nunc prorſus oppignoratæ. Habent quoque nobiles magnos reditus ex ſuis ſylvis, propter copiam lignorum pro focis, ſed multo majores ex ligno ad fabricas faciendas: nam ob defectum calcis fit maxima ædificiorum pars ex ligno.

VIRES.

REgnum Franciæ tantam habet commeatuum copiam, ut qualemcunque exercitum in campis nutrire ſuſtentareque poſſit: commeatus enim propter fluminum commoditatem, facillime ex uno loco in alium conduci poſſunt. Quando Carolus V ex Provincia, & deinde ex Campania ingreſſus eſt Franciam,

am,ſuſtinebat ea plus CL militum mil-
, ultra Præſidiarios : regnante Caro-
IX & noſtris temporibus fuerunt in
regno XX equitum, & XXX peditum
traneorum, XV equitum, & C peditum
digenarum aut naturalium millia, nec
men regnum caritate laboravit. Sunt
inde in Francia quatuor Magnetes,
ii foris ad ſe pertrahunt pecuniam: Fru-
enta quæ inde in Hiſpaniam & Portu-
lliam vehuntur: vinum, quod in Flan-
iam & Angliam, & ad maris Balthici
colas mittitur: ſal, quo toti regno &
gionibus vicinis proſpicitur: Provincia
ioque ſal coquit in mari Mediterra-
eo, idque conficit Santonia ad Brova-
um, ubi Solis virtus generandi, facien-
& coquendi ſal ex aqua marina ceſſa-
, nec ultra Septentrionem verſus tranſ-
apparet. Ex aqua maris dico, quia ul-
rius reperitur ſal ex aqua fontium, ut
Lotharingia: & ex fontibus & mine-
s in diverſis locis Poloniæ, Angliæ, Ger-
maniæ: ex mineris quoque effoſſum fuit
Suecia, quamvis nunc ceſſet. Tribus
ictis mineris additur quarta, Cannabis
Telæ, quæ quanti cenſus ſint, vix credi
ueat. Is autem de eo judicium facere
oterit, qui ſcit quanta ejus copia in-
ruendis claſſibus, Vlyſipponenſibus &
Hiſpalenſibus evehatur, & quantum in
vela

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

vela & funes, qui excannabi conficiuntur, inſumitur. Sunt ibi quoque glaſtum, crocus, aliæque res minoris momenti, quæ quamvis ſingulæ res ſupradictas non æquent, aut rebus ſupra dictis pares non ſint, omnes tamen ſimul junctæ ad bonam (& quæ regnum ditare poſſint) ſummam aſcendunt. Propter has omnium bonorum divitias, dicebat Ludovicus XI Franciam pratum florens eſſe, quod ipſe metebat, quoties lubebat. Maximilianus Imperator ſolebat dicere regem Franciæ eſſe paſtorem ovium cum velleribus aureis, quas tondebat quoties ei opus eſſet. Certum profecto eſt, Reges Franciæ adeo potentes fuiſſe, ut ſi ingenio & prudentia, quantum viribus facultatibuſque, valuiſſent, in ipſorum arbitrio res Europæ ſitæ fuiſſent. Sed raro accidit, ut vires comitem habeant prudentiam: eamque ob rem finxerunt Poëtæ Herculem furioſum: Ludovicus Arioſtus Rolandum fatuum, Virgilius Daretem inſolentem canunt. Græci autem Barbaros dixerunt omnes populos qui doctrina & artibus carerent. Homerus Achillem iracundum, Martem incautum, ipſumque reti Vulcani conſtringi canit. Quæ res enim plus metuenda, aut quæ potentia magis horrenda eſſe poſſet, quam regni, quod intra ſuos limi-

mites abunde paſcit xv hominum My-
ades,tantumque adhuc commeatuum
abet, quantum ad paſcendum ſuſten-
ndumque magnum exercitum opus
ſt? Abundantia enim populi & com-
eatuum ſunt maxime cujuſcunque re-
ni vires. Romani tribum ruſticam ma-
imi fecere ob hominum frequen-
am, & alimentorum copiam. Quod
d reditus attinet, Ludovicus XII perci-
iebat ex regno Franciæ myriadem & ſe-
iiſſem. Franciſcus I pervenit ad tres
yriades, Henricus II ad ſex, Carolus
X ad ſeptem. Henricus II Carolum
mperatorem ſuperare volens, ſumenſ-
ue ab unoquoque pecunias fœnerati-
as ad 16 per centum, reliquit filios ob-
gatos ære alieno ad 30 myriades aureo-
um, nec mercatores ei quadrantem
redidiſſent. Vnde Carolus IX & Hen-
icus III ejus filii, magis tamen hic
uam ille, non ſolum populum, ſed &
lerum gravare maximis impoſitioni-
us coacti fuere: unde videri poteſt, di-
itias Principis non æſtimari debere à
nagnitudine redituum, ſed à bono regi-
nine. Franciſcus enim I minoribus redi-
ibus geſſit majora bella, reliquitq; fidem
pud mercatores, & paratam pecuniam
lio. E contrario Henricus longe mino-
a bella geſſit, reliquitq; regno debita &
cala-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

calamitatem. Dictis reditibus aluere Re
ges prædeceſſores MD lancearios, & M
MMMD ſagittarios, quamvis nomin
fuerint quatuor lancearum, & ſex ſagit
tariorum millia, perpetua ſtipendia me
rentium. Hic equitatus nervus inte
Chriſtianos pro unico aut ſolo habendu
eſt. Vna lancea trahebat ſecum ſagitta
rium & ſemi, & ex conſequenti una tur
ma lancearum, aliam turmam ſagitta
riorum, quæ ſolo ſigno diſtincta erat
Eorum enim ſignum, vulgo Guidon di
cebatur, unus enim capitaneus ambabu
præerat. Conficiebant itaque centum
lanceæ CCL ſagittarios, præter ipſas lan
ceas. Impendebatur in hanc militiam u
na myrias & trecenta aureorum milli
annuatim. Lancea enim recipiebat CC
aureos, ſagittarius LXXX, ſignifer CCC, le
gatus CCCCLXXX, capitaneus DCCCX
Hanc militiam ad perfectionem redux
Carolus VII, qui determinavit num
rum, ſtabilivit ſtipendium, in ordinem
redegit eam exercitiis, diſpoſuitque ea
in locis limitaneis, ſub capitaneis, vic
riis, ſigniferis, vexillariis. Diviſit qu
que eam militiam in cataphractos & ſ
gittarios: adjunxit ei ſcutiferos, deſign
tores diverſoriorum, diribitores, ſol
tores, commiſſarios, ejuſque militiæ c
ram commiſit Conneſtabili, Mareſcha
li

is, & præcipuis regni dynaſtis. Non multum utebantur peditatu domeſtico, præ metu tumultuum & rebellionum. Carolus VIII cognoſcens quam neceſſarius eſſet peditatus, inſtruit phalangem quinquies mille peditum Francicorum: eum numerum Franciſcus I ad 50 millia auxit, ſed ea inſtitutio in fumum abiit, propter malum regimen. Ludovicus XI ut pro libitu populum Franciæ tondere, imo excoriare poſſet, eum inermem reddidit, conduxitque ſtipendio Helvetios; quam rem imitati ſunt ipſius ſucceſſores Franciſcus & Henricus, uſique ſunt magno Germanorum numero: ſed fallit eipſum, qui ſuum populum imbellem fore ſperat, ſi milites extraneos in ſuam ditionem introducit. Vſu enim armorum & periculorum belli, paratur audacia: uſus & experientia autem in ſuo regno militibus & populo communis erit, ientque illi pugnaces, ſi ſe milites eſſe profitentur: hos defendendi neceſſitas bellatores faciet. Sicut enim converſatio cum bonis facit bonos, ita & frequentatio militum facit homines pugnaces. Sunt præterea multa negotia, quæ extraneis committi non poſſunt, quia non habent locorum notitiam. Multa quoque iiſdem ob negotii pondus credi non debent. Quare neceſſe eſt, ut populi in quo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

rum patria diu manet bellum, partim per neceſſitatem, aut ſuam, aut Principis, partim propter uſum & experientiam rerum belli, quæ ipſis quotidie accidunt, fiant bellatores, ſicut Franciæ accidit, quæ facta pace cum Hiſpanis (quamvis Helvetii & Germani abiviſſent) remanſit plena militibus Francis, qui in ea omnia ſurſum deorſum volverunt. Quod ad munitiones attinet, non alia eſt regio, in qua earum major numerus ſit. quod ex pluribus cauſis fit. Vna eſt, quod cum regnum in plura dominia & Principatus diviſum erat, nempe Burgundiam, Britanniam, Andegavenſem Ducatum, Normanniam, unuſquiſque ſuos fines muniverit. 2. Crevit numerus munitionum bellis Anglorum, qui magnæ Franciæ parti imperarunt. 3. Situs & natura locorum, fortificationi oportunorum, nec minus 4. diligentia & aptitudo populi ad has res, reddit faciliorem locorum munitionem. Non alia natio eſt magis induſtrioſa in muniendo, & quæ labori & ſumptibus minus parcat: nec Francia minus fortis eſt intus, quam in extremis finibus: Bellovacum, Trece, Aurelia, Andegavum, Biturigum civitas, quæ vernacule Bourges dicitur, Limogia, San-Florum, Carcaſſona, Sueſſionum, non cedunt fortitudine Caleto, Pero-

Peronæ, Narbonæ, & aliis locis limitaneis. Aptaque eſt unaquæque hujus regni pars ut reliquo regno pro limite ſit.

REGVM ET REGINARVM CORONATIO.

FOrma coronandi & promulgandi Francorum Reges antequam Chriſtianam fidem reciperent, fuit hujuſmodi. Extollebatur rex coronatus ingente clypeo, & quorumdam hominum humeris ter circum caſtra cum armis geſtabatur, conclamantibus iis qui erant in caſtris, hunc ſuum verum Regem eſſe: quam formam plurimi Germaniȩ populi obſervarunt. Hujus ceremoniæ ratio fuit, ut regalis dignitas inter arma in eum conferretur qui ſuis meritis eam exiſtimationem ſibi comparaſſet. Atque hanc quidem rationem in prima Merovæorum gente ſemper fuiſſe obſervatam videtur probabile. In priſcis enim temporum illorum Chronicis nulla conſecrati aut uncti in ea familia Regis habetur mentio, ſed tantum baptizati & elati Regis. Hoc autem obſervandum eſt, Reges familiæ primæ conventus regni maximos in aliquo campo ſemper habuiſſe, eandemque rationem in ſecunda familia diu perduraſſe. Teſtantur anna-

les Galliæ, Pipinum Regem confecturum bellum Aquitaniæ Biturigas profectum eſſe, ubi ex Francorum ritu comitia in campo habuit. Sic ergo principio regum probabantur ipſi à comitiis in campum ex illorum ritu convocatis. Gregorius Turonenſis teſtatur quidem Clodovæum à S. Remigio baptizatum eſſe, ſed Regem conſecratum minime. (nam etiam longo antea tempore fuerat coronatus Rex & pronuntiatus) neque adducit illud pervulgatum ſanctæ ampullæ miraculum; quamvis ſcripta ipſius ſcateant aliis miraculis. Quod tamen ſic nolim accipi, quaſi ſanctam ampullam negem (ſi quod argumentum habetur credendi) è cælo, ut Clodovæus baptizaretur, demiſſam eſſe, atque ex eo tempore conſecrandis Regibus ſecundæ & tertiæ familiæ occupatam, qui quidem uncti Remis & coronati fuerunt. Gervaſius Remenſis Archiepiſcopus, cum Rex Philippus I vivo Rege Henrico patre die Pentecoſtes MLIX, Remis coronaretur, dixit palam, prærogativam conſecrandi Reges Galliæ ab Hormiſda Papa in S. Remigium, poſtquam Clodovæum Regem baptizaſſet atque conſecraſſet, collatam eſſe, eandemque prærogativam ſibi à Victore II Papa eſſe confirmatam. Ac de Victoris quidem Bulla dubitatio nulla eſt: ſed

ſed Hormiſdæ nuſquam comparet, neque probabilitatem habet: nam primæ familiæ Rex nullus Remis aut alibi unctus & conſecratus legitur; ſecundæ vero & tertiæ plurimi, tam alibi, quam in Remorum oppido. Yvo Carnutum Epiſcopus epiſtola CXCVI defendit conſecrationem & coronationem Regis Ludovvici Craſſi Aureliis factam à Senonenſi Archiepiſcopo & ſuffraganeis ipſius, & Remenſi Eccleſiæ prærogativam de qua contendebat, adimit. Omnino, ſi quam ante habuiſſet durante prima Regum familia, fuiſſet eam poſſeſſura. Primus ſecundæ familiæ Ludovvicus Balbus Remis conſecratus eſt. Rex Pipinus, apud Sueſſiones per Bonifacium Moguntinum Archiepiſcopum legatum Romanæ ſedis anno DCCLI Rex ſacratus & coronatus eſt: poſtea vero anno DCCLII ſacratus iterum atque coronatus in æde S. Dionyſii Francici à Stephano II Papa, ſimiliterque duo ipſius filii, Carolus Magnus & Carolomannus, Bertaque ſive Bertradis Regina ipſius uxor. Horum ſacra & coronationes neque à Remenſi Archiepiſcopo, neque ex auctoritate illius factæ ſunt. Et quamvis Carolus Magnus & Carolomannus parente vivo Reges facti eſſent, ceperunt tamen poſt obitum illius, diviſo in partes æquales re-

gno, regalia inſignia Carolus Magnus VVormatiæ, Carolomannus vero Sueſſione: quo vita defuncto Carolus Magnus Rex ſolus permanſit. Ludovvicus Pius annum quaſi octavum agens parente vivo ab Hadriano I Papa Rex Aquitaniæ conſecratus Romæ & coronatus eſt, poſteaque à patre Aquiſgrani declaratus & pronuntiatus Imperator, Remiſque à Stephano IV Papa conſecratus. Hic defuncto patre comitiis Aquiſgrani habitis Rex, Imperator & hæres dictus eſt, poſtea abdicatus imperio & in vincula conjectus, poſtremo reſtitutus Meti atque corōnatus. Carolus Calvus Aureliis ſacratus Rex Galliæ & coronatus eſt per Ganelonem Senonenſem Archiepiſcopum & ſuffraganeos ipſius. Ludovvicus & Carolomannus Reges nothi Ludovvici Balbi ab Auguſto Senonenſi Archiepiſcopo in Abbatia Ferreriana ſacrati & coronati ſunt: Eudus quoque Rex à Senonenſi Archiepiſcopo: Guido Rex Italiæ eodem tempore à Burgundiis quibuſdam in regnum Galliæ turbatum accerſitus, ſacratus in Eccleſia Lingonenſi à Gerlozo Lingonenſi Epiſcopo & coronatus eſt: ſed hic audita Eudi coronatione momento abiens ceſſit inſtituto ſuo. Rex Robertus ſuperſtite Hugone Capeto patre Aureliis à Senonenſi Archiepiſco-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

chiepiſcopo inauguratus eſt: & quamvis Rodolphum, Ludovvicum Tranſmarinum, & Hugonem maximum Roberti filium Archiepiſcopi Remenſes aut eorum ſuffraganei conſecraverint reges & coronaverint, non tamen in ęde Remenſi factum eſt: nam Rodolphus Sueſſione, Ludovvicus Tranſmarinus Laone inauguratus eſt, Hugo Compendiis. Ludovvicus quoque Iunior rex factus eſt Remis ab Innocentio II Papa, non ab Archiepiſcopo. Hincmarus Remenſis Archiepiſcopus Carolum Calvum ſacravit coronavitque Septembri, anno octingenteſimo ſexageſimo nono, neque ſibi prærogativam ſacrandi Reges arrogavit: ſed contra ſe & ſuffraganeos qui inaugurationi aderant excuſavit, quod in provincia Trevirenſi ex poſtulato Metenſis Epiſcopi aliorumque ſuffraganeorum Trevirenſis Eccleſiæ (quæ tum carebat Epiſcopo & jam olim cum Remenſi Eccleſia dignitatem æquam obtinebat) inaugararet Regem: itaque aperte profitebatur hoc ab Archiepiſcopo & ſuffraganeis illius provinciæ faciendum eſſe in qua conventus habebatur, ad declarandum pronuntiandumque Regem, & ceremoniis ac precibus exoptandum ei gratiam & benedictionem à Deo per quem eligitur, denique gratias

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

agendas ei; quæ omnia conſecrationis & coronationis effecta ſunt. Hæc vero profeſſio plurimum abeſt ab Hormiſdæ diplomate. Victoris vero diploma minime obtinuit: nam Regis erat, non autem Papæ, prærogativæ hujus collatio. Quin potius quia legati Romanę ſedis ſacris & coronationi Philippi I regis interfuerant, pronunciatum eſt, illud honoris & amicitiæ ergo factum eſſe; conſenſionem vero Papæ non deſiderari ad rem hanc. Rex Ludovvicus Iunior filium ſuum Philippum Auguſtum Regem volens coronari anno MCLXXIX hanc prærogativam Remenſi Eccleſiæ contulit, cujus tum erat Archiepiſcopus Guilhelmus Cardinalis S. Sabinæ, frater Reginæ Alexiæ: qui in tanta fuit gratia, ut ipſius opera decideretur contentio quæ in coronando Rege Ludovvico Craſſo fuerat agitata, & in poſterum conſtituta eſſet. Hic ergo Rex ſacrorum & coronationis ordinem cum filii ſui, tum ſucceſſorum Regum cauſa conſcribi juſſit; Paribuſque Franciæ, qui tum creati ſunt, ſua officia diſtribuit. Atque hic ordo in acta Cameræ (ut vocant) computorum Lutetiæ relatus cum prærogativa, ſemper ex eo tempore obſervatus eſt: neque ſine Paribus unquam factum quicquam eſt, neq; alibi quam Remis. Rex Carolus VII ſacra

ſua

ſua perdiu diſtulit, quia Remi tum ab Anglis tenebantur; & vi armata eo profectus eſt ut conſecraretur, cum ex lege alibi non poſſet. Ante prærogativam illam datam, ſi qua in provincia Rex conſecrabatur, ejus provinciæ Archiepiſcopus cum ſuffraganeis perfungebatur officio: quod ſi Remenſis cum ſuis aut Antiſtites alii intererant, aſſeſſores tantum habebantur, præterquam in Trevirenſi exemplo, ob fraternam duarum Eccleſiarum neceſſitudinem, quando Carolus Calvus Rex Lotaringiæ fuit ſacratus. Hincmarus Remenſis Archiepiſcopus ſcribit ſanctæ ampullæ cœlitus ad S.Remigium miſſę miraculum,& ſe ex eo habere teſtatur; quæ vetus eſt miraculi iſtius approbatio. In bibliotheca Bellovacenſis capituli exſtat liber continens veterem formam ſacrandi Reges & Reginas, atque coronandi; qui liber tempore Rogerii Bellovacenſis Epiſcopi conſcriptus eſt, cum regnaret Robertus Hugonis Capeti filius: quam formam nos inſeruimus,ut ab omnibus cognoſcatur. Anno gratiæ MLIX & regni Henrici Regis trigeſimo ſecundo,hoc ipſo die,completo anno quarto Pontificatus domini Gervaſii, indictione duodecima, vigeſimo tertio Maii die Pentecoſtes,Rex Philippus ab Archiepiſcopo Gervaſio ſacra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

tus eſt in ſumma Eccleſia Remenſi ante altare virginis Mariæ hoc ordine. Incepta miſſa ante epiſtolam dominus Epiſcopus ſe ad eum convertens expoſuit ei fidem catholicam, rogans an crederet eam & vellet defendere: poſtquam dominus Rex reſpondit velle, allata eſt ſacramenti formula, quam acceptam legit & ſubſignavit annos ſeptendecim natus. Sacramentum erat hujuſmodi: Ego Philippus Dei gratia proxime ordinandus rex Galliæ, promitto die ſacrorum meorum coram Deo & ſanctis ejus, me conſervaturum privilegium canonicum, leges & juſtitiam unicuique veſtrum, ô Prælati, debitam, & vos defenſurum Deo dante quantum potero, ut rex debet ex jure in regno ſuo defendere Epiſcopum quemque, & Eccleſiam ei commiſſam atque attributam: itemque populo nobis commiſſo defenſionem legum, & jus ipſorum, quod in auctoritate noſtra fuerit poſitum. Hoc ſacramentum lectum Rex Philippus tradidit in manus Archiepiſcopi. Quo facto Gervaſius Archiepiſcopus aſſumens pedum S. Remigii narravit diſertis verbis ad ſe pertinere maxime unctionem & conſecrationem regis, ex quo S. Remigius baptizaverat Clodovæum regem ſacraveratque; Hormiſdam Papam S. Remigio

eam

am contuliſſe, itemque Victorem ſibi & Eccleſiæ ſuo eodem pedo facultatem dediſſe conſecrandi regem cum primatu totius Galliæ. Tunc aſſentiente rege Henrico patre Philippum filium elegit regem, & poſt eum legati Romanæ ſedis, (quamvis enim illic pronuntiatum eſt non deſiderari conſenſum Papæ, aſtitérũt tamen honoris & amicitię ergo legati illius) deinde Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, & Clerici, tum Guido dux Aquitaniæ, Hugo filius & legatus ducis Burgundiæ, legati Balduini marchionis & Godefridi comitis Andium, itemque comites Rodolphus Vadonenſis, Herbertus Veromanduus, Guido Ponthiuanus, Guilhelmus Sueſſionenſis, Guilhelmus Avernus, Hildebertus Marchianus, Fulco Angoliſmanus, vicecomes Lemovicum, & hos ſequuti equites populareſq; ſummi & infimi, unanimes & uno ore approbarunt, ter conclamantes, Approbamus, Volumus, Fiat, eademq; hora hymno *Te Deum* decantato ſolennitas ſacrorum & coronationis ex priſco ritu perfecta eſt. Rex Philippus, ut anteceſſores, confirmavit bona ad ędem S. virginis Marię & comitatum Remenſem, ad Abbatiam S. Remigii, & alias pertinentia, & confirmationi ſubſcripſit, itemque Gervaſius Archiepiſcopus, quem Rex Philippus tum

fecit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

fecit ſummum cancellarium ſuum, ut anteceſſores ejuſdem Gervaſii qui Philippum conſecravit, fuerant à Regibus antegreſſis facti. Reverſo in ſedem ſuam Archiepiſcopo, privilegium à Victore Papa ipſi attributum fuit exhibitum. Cumque audientibus & aſſiſtentibus Epiſcopis hęc omnia religione lætitiaque ſumma ſine impedimento ullo, contradictione, aut damno Reipublicæ perfecta eſſent, Gervaſius Archiepiſcopus ſtudioſe totum conſeſſum excepit convivio: nam ipſius erat ſacrorum & coronationis impenſas ferre, ac propterea Remorum cives indictionem certam pendere cogebantur. Hæc autem electionis verba, quæ cum in vetere tum in nova ſacrorum & coronationis formula habentur, ita ſunt accipienda; declarari, accipi, & ſubmiſſa officia à populo promitti electo Regi & præſtituto à Deo, qui ipſum conſervaverit & proximum regni hæredem fecerit; non autem jus ullum à ſubditis vindicari ut regnum ſuffragiis aut electione conferant. Fuit enim ſemper hæreditarium cum Paganici erroris, tum Chriſtianæ fidei tempore, atque ea lege in poſteros ſuos tranſtulerunt ii qui providentia Dei (quæ una imponit & tollit Reges) mutationes illas quas Agathias agnoſcit, perfecerunt. Impulit quidem hos aliquando

metus

metus in ſecunda tertiaque familia, cum Reges neglecto officio popularibus rixarum & debacchationum occaſionem præbuiſſent, ut filios dum adhuc viverent, curarent coronari; cujus rei multa habentur exempla: illos vero, ut à præcipuis ſubditorum ſtipularentur filiorum ſuorum poſt ſuum obitum coronationem; ut à Ludovvico VIII Rege factum eſt. Quinetiam præpoſtera membrorum in caput poteſtas Reges certos deturbavit, ut Carolum Craſſum: contra vero Rex Ludovvicus Balbus, & quidam alii in pretia quædam redemptionum & paupertatem quoque compulſi ſunt, ut in conſecrationem & coronationem hanc conſentirent, maxima cum perverſitate & periculo Reipublicæ. Olim ex die ſacratæ coronationis numerabatur regnum, non autem (ut nunc melius inſtitutum eſt) ex quo regnum Regi acciderat. In chartophylacio Regis habentur literæ ad Regem Philippum à Rectore Navarreno ſcriptæ, quibus rationem indicat coronandi in Pompelonenſi Eccleſia ante maximum altare Navarrenos Reges; ubi elatus clypeo geſtatur à popularibus acclamantibus, Rex, Rex, ad comprobationis teſtimonium, ex illo antiquo ritu primæ familiæ Francorum, quem non in caſtris ſed in Eccleſia ſequuti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

quuti ſunt. Thronus profecto elevatione illa eſt longe honoratior. Non eſt autem deſcriptum regum Francorum jusjurandum: ſed Ludovvicus XI Rex ad Parlamentum Lutetiam in Aprili tranſmiſit illud MCCCCXX, promittens ſe jus ex æquo & bono dicturum ac præſtiturum fidem. Philippus Auguſtus coronas, regiaque conſecrationis ornamenta in ærario ipſius aſſervata, curavit renovari; nempe majorem coronam conſecrandis regibus & reginis, & minorem quæ die ſacrorum ad prandium inferenda eſt. Hæc rex S. Ludovvicus miſit in Abbatiam S. Dionyſiii Francici aſſervanda, cavens ſibi apocha à Matthæo Abbate & conventu S. Dionyſii obſignata, menſe Octobri MCCLXX. Rex Henricus II induſia, ſandalia, tunicam dalmaticam, & pallium ex ſerico cæruleo longe opulentiore veteribus curavit fieri: interpolavit atque renovavit coronas, ſceptrum, manum juſtitiæ, gladium, & calcaria, MDXLVII. Reginarum aliæ Remis cum maritis regibus unctæ & conſecratæ ſunt; aliæ vero Aureliis à Senonenſibus Archiepiſcopis: aliæ in æde Pariſienſi: aliæ Senonibus: aliæ in ſancta æde palatii Pariſienſis à Remorum Archiepiſcopis: aliæ in Dionyſiano, quod à regno Caroli Sexti fuit frequentiſſimum. Si reges accidente

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

cidente ſibi regno uxores duxerant, eæ cum viris fere coronabantur: ſin autem ducebant percepto regno, alibi uxores quam Remis coronatæ ſunt, etſi reges cum coronis publice reginis aſtiterunt: quarum tantum unguntur capita, idque alio chriſmate quam ex ampulla ſancta Regibus tantum inſtituta. Quoniam autem verum officium regum reginarumque orationibus ceremoniiſque ſacorum & coronationis exponitur, placet in hunc locum ordinem à Ludovvico Iuniore præſcriptum inſerere, qui cum majore luxu adhuc obſervatus eſt. Certum eſt illud Chryſoſtomi, reges Deo placentes diu proſperatos eſſe depreſſis ipſorum inimicis; qui autem regno abuſi ſunt, ſub inimicis depreſſos fuiſſe, & cum ipſos tum rempublicam dediſſe pœnas. Primum præparator thronus editus & eminens ſuggeſti inſtar, extrinſecus choro Eccleſiæ junctus, in medio intervallo temp[illegible], quo gradibus aſcendatur; in quo cum rege Pares regni & alii (ſi opus fuerit) poſſint conſiſtere. Quo die rex coronandus veniet, per ſupplicationes à canonicis & aliis Eccleſiaſticis accipitor. Die Sabbathi qui Dominicum ſacrando coronandoque regi deſtinatum præceſſerit, poſt completas, cuſtodia Eccleſiæ cuſtodibus

Regis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

Regis una cum æditubis ordinariis committitor, in quam Rex ſilente nocte oraturus veniat, & pia mente precibus incumbens per tempus aliquod vigilet. Cum ſignum matutinarum dabitur, cuſtodes Regis ad cuſtodiam acceſſus templi, reliquis portis clauſis & obſeratis, honeſto & diligenti ordine comparati ſunto, itemque canonici & clerici ejuſdem templi, quoties opus videbitur. Matutinæ pro more canuntor: quibus abſolutis, & cantatis primis, ſub auroram Rex in Eccleſiam cum Archiepiſcopis, Baronibus, & aliis quos voluerit intromittere, ingreditor, antequam conficiatur aqua benedicta. Sedes circum altare utrimq; ſtatuuntor, ubi Archiepiſcopi & epiſcopi ſedeāt honorifice: epiſcopi Pares, Laonenſis primus, poſt Lingonenſis, tum Bellovacus, deinde Catalaunicus, poſtremus Noviodunenſis, cum aliis Epiſcopis ſuffraganeis Remenſis Archiepiſcopi, qui ſeorſim ſeſſurus eſt inter altare & Regem è regione altaris non procul à Rege, & paucis (ne quid indecorum fiat) intervenientibus. Tenendum eſt autem nobiliſſimos & potentiſſimos Barones aliquos à Rege electos ſub auroram in ædem ſancti Remigii ad habendam ampullam ſanctam mittendos eſſe, qui Abbati & Eccleſię dent fidem ſe optima fide

ampul-

ampullam deducturos. Hoc facto, inter primam & tertiam monachi Remigiani ſupplicationum ordine cum crucibus, cereis ampullaque veniunto, quæ reverenter ſub tholo ſerico ab Abbate apportetur, cujus tholi regulas quatuor religioſi albis induti ſuſtineant. Sic cum ad ſancti Dionyſii ædem pervenerint, aut (ſi turba eſt impeditiſſima) ad portam maximam illius, Archiepiſcopus cum aliorum Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Baronum, Canonicorumque (ſi fieri poterit) comitatu obviam ampullæ procedunto, de manu Abbatis accipiunto, & ſe optima fide reddituros promittunto: ita Abbas cum aliquot monachis comitantibus cum reverentia populi ad altare apportato: alii vero monachi in Eccleſia ſancti Dionyſii, aut in ædicula ſancti Nicolai, donec omnibus abſolutis reportetur ampulla, præſtolantor. Tum ſe Archiepiſcopus veſtibus inſignibus & paludamento indutus, cum diaconis & hypodiaconis ad miſſam componito: ita indutus ad altare & ſupplicationem ex more venito, & Rex aſſurgito: Deinde Archiepiſcopus aſſiſtens altari, pro omnibus Eccleſiis ſubjectis Regi iſta à Rege petito: Rogamus te, petimuſque concedi nobis; ut conſerves nobis & Eccleſiis commiſſis curæ noſtræ privilegium ca-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

nonicum; legem, & jus debitum: ſerva & defende nos; ut debet rex in regno ſuo unicuique Epiſcopo & Eccleſiæ ipſi creditæ. Cui reſpondeto Rex; Promitto & ſpondeo vobis me unicuique veſtrum & Eccleſiis quæ vobis creditæ ſunt, ſervaturum privilegium canonicum, legem, & jus debitum, & pro facultate mea Deo juvante defenſurum vos, ut ex jure debet rex in regno ſuo unicuique Epiſcopo & Eccleſiæ mandatæ ipſi. Hæc quoque rex promittit & jurat: Promitto in nomine Ieſu Chriſti hæc populo Chriſtiano qui mihi ſubjectus eſt, primum me totum populum Chriſtianum ſervaturum eſſe, & Eccleſiæ Dei veram pacem omni tempore: me quoque rapinas & iniquitates omnes omnium graduum ſublaturum eſſe: item me in omni judicio mandaturum æquitatem & miſericordiam, ut clemens & miſericors Deus mihi vobiſque ſuam miſericordiam largiatur: denique me bona fide pro virili daturum operam, ut ex agro & ditione mihi commiſſa ejiciam turbas & hæreticos hoſtes Eccleſiæ. Hæc omnia rex manibus libro Evangeliorum impoſitis confirmat juramento. Quibus promiſſionibus factis mox cantatur hymnus *Te Deum*, &c. & duo Archiepiſcopi & Epiſcopi regem manibus ad altare du-

cunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

cunt, coram quo ad finem uſque procumbit hymni, deinde exſurgit. Antea autem impoſita fuiſſe altari oportuit coronas regias, gladium vagina conditum, calcaria aurea, ſceptrum aureum, & virgam quaſi cubitalem, cujus ſummitati ineſt manus eburnea, itemque caligas (quas ſandalia vocant) ſericas cæruleas, perſperſas floribus, lirinis ex auro, & tunicam vel dalmaticam ejuſdem coloris & operis factam ad formam illius caſulæ quam in miſſa gerunt hypodiaconi, itemque epitogium ſive pallium regale eodem plane colore atque opere, accedens ad figuram colobii ſine cucullo. Quæ omnia debet Abbas Sancti Dionyſii Francici Remos afferre ex monaſterio ſuo, & ad cuſtodiam altari aſſiſtere. Tum rex ſtans coram altari veſtimenta primum exuito præter ſubuculam ſericam & induſium ad pectus humeroſque apertum, cujus hiatus recluſi & revincti ſunto fibulis argenteis: atque ita primum maximus Franciæ cubicularius ſandalia à Dionyſiano Abbate accepta Regi induito: poſtea Dux Burgundiæ calcaria apponito, & illico eadem tollito: tum Archiepiſcopus gladio accingit eum, & ſtatim diſcingens gladium vagina extractum (quæ altari jacet impoſita) tradit Archiepiſcopus

in manum regis adhibita hac oratione:
Accipe gladium tibi datum benedictione
Dei, quo in virtute Sancti Spiritus poſſis
reſiſtere & repellere omnes inimicos &
adverſarios Sanctæ Eccleſiæ, regnum ti-
bi commiſſum defendere, & ſervare ex-
ercitum Dei auxilio Domini noſtri Ieſu
Chriſti redemptoris noſtri, triumphato-
ris invicti, qui regnat cum Patre, &c. tum
à choro cantator hæc antiphonia, Con-
fortare & virilis eſto, & obſerva legem
Domini Dei tui, ut ambules in viis ejus,
& ſerves ceremonias, mandata, & teſti-
monia ejus, & confirmet te quocunque
in loco fueris. Poſtea Archiepiſcopus
hanc orationem habet: O Deus, qui pro-
videntia tua gubernas res cœleſtes &
terrenas ſimul, eſto propitius regi noſtro
Chriſtianiſſimo, ut virtute gladii ſpiri-
tualis omnes vires inimicorum ejus
frangantur, & te pugnante pro eo om-
nino conterantur, per Ieſum Chriſtum
Dominum noſtrum. eoque momento
rex humiliter gladium accipito de manu
Archiepiſcopi, & ſine mora Conneſta-
bili Francię, ſi quem habet, tradito illum:
ſin minus, uni ex Baronibus ſuis quem
elegerit, ut gladium ante regem tam in
Eccleſia quam in itinere ad palatium fe-
rat. Hoc facto, in hanc formam unctio
præparator: chriſmate in altari patinæ
ſacræ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

ſacræ impoſito, Archiepiſcopus ſanctam ampullam à Remigiano Abbate allatam aperito, & ex ea altari impoſita educito virgula aurea paulum olei demiſſi è cœlo, & diligenter digito immiſceto chriſmati in patina præparato ad ungendum regem; qui ſolus ex omnibus regibus terræ ſplendeſcit glorioſo hoc privilegio, quod ſingulariter oleo cœlitus miſſo inunctus eſt. Vnctione comparata fibulæ veſtimentorum à fronte & tergo in aperturis ſolvuntor, & rege in genua demiſſo duo Archiepiſcopi aut Epiſcopi incipiunto Litaniam: qua perfecta & ſedente Archiepiſcopo (ut inter conſecrandum ſolet) Epiſcopi apprecantor regi antequam ungatur tres orationes certas: quibus abſolutis, Archiepiſcopus quoque certam habeto orationem de conſecratione regis. ac ea finita, chriſmate oleoque cœlitus demiſſo, prius in patina (ut ante dictum eſt) ab ipſo permixtis, regem quinque locis ungito: primum ſuper caput, ſecundo in pectore, tertio interſcapilio, quarto in duabus ſcapulis, quinto in commiſſuris duorum brachiorum, dicens ad unumquemque locum, ungo te oleo ſanctificato in nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti; & omnes reſpondento, Amen. Si quis ſcapulas pro binis locis, & brachia acceperit, unctio ſeptem locis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

fieri dicenda eſt. Hanc cum facit Archiepiſcopus, canitor antiphonia, Sacerdos Sadoc & Propheta Nathan requiſiverunt Solomonem regem de Ieruſalem, & venientes læti dixerunt, Vivat rex in æternum: eaque perfecta Archiepiſcopus iterum certas orationes habeto: quibus abſolutis fibulæ quæ ſunt ad aperturas veſtimentorum regis, ab Archiepiſcopo, ſacerdotibus, aut diaconis propter unctionem confibulantor: & tum maximus cubicularius Franciæ dalmaticas cœruleas regi induito, & ſuperne regale pallium, ita ut manus libere procurrat verſus aperturam pallii, quod ad ſiniſtram ut ſacerdotis caſula extollatur. Deinde Archiepiſcopus annulum medico digito dextrę illius indito, dicens, Accipe annulum, ſignaculum ſanctæ fidei, ſoliditatem regni, augmentum fruitionis; quibus rebus ſcias arcere inimicos poteſtate triumphali, exterminare hæreſes, ſubditos adunare, & adducere eos ad perſeverantiam fidei catholicæ per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Annulo tradito Archiepiſcopus habeto orationem; qua dicta, ſceptrum ponit in dextera regis, dicens, Accipe ſceptrum in ſignum regalis potentiæ, id eſt, rectam virgam regni, virgam virtutis, qua guberna te ipſum bene, defende ab improbis po-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

tentia regali ſanctam Eccleſiam, ideſt, populum Chriſtianum tibi commiſſum à Deo, corrige malos, pacifica rectos, dirige eos ut poſſint gratia tua tenere viam rectam, ut à regno temporali pervenias ad ſpirituale regnum cum illo cujus regnum & imperium ſine fine permanet in ſecula ſeculorum. Tum ſceptro dato rurſum aliquam orationem pronuntiet, ac poſtmodum manum juſtitiæ ponito in ſiniſtra regis, dicendo, Accipe virgam virtutis & æquitatis, qua ſcias confirmare bonos & timorem malis incutere, doce errantes viam, porrige manum lapſis, deprime ſuperbos, attolle humiles, ut Dominus noſter Ieſus Chriſtus tibi aperiat oſtium, qui pronuntiavit ipſe, Ego ſum oſtium per quod qui intrabit ſalvus erit. Ipſe, cui eſt clavis Davidis & ſceptrum domus Iſraëlis, qui aperit & nemo claudit, qui claudit & nemo aperit, qui educit è domo carceris vinctum, ſedentem in tenebris & umbra mortis, tibi ſit adjumento, ut poſſis omnibus in rebus ſequi eum de quo Propheta David cecinit, O Deus, thronus tuus eſt in ſecula, virga æquitatis eſt ſceptrum regni tui; & imitari eum qui dicitur diligere juſtitiam, & odiſſe iniquitatem, ac propterea Deus unxiſſe ipſum oleo lætitiæ,

qui unxit ante ſecula ſupra conſortes ejus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Poſtquam manus juſtitiæ regi tradita eſt, Cancellarius Galliæ ſi interfuerit, aut eo abſente Archiepiſcopus Pares Franciæ de nominibus ipſorum ex ordine, laicos primum, deinde clericos appellato: quibus circumſtantibus coronam regiam ex altari ſumptam Archiepiſcopus capiti regis imponito, omneſque Pares tam laici quam clerici manus ad eam adhibento, & ſoli eam undique ſuſtinento, dicente Archiepiſcopo, Deus coronet te corona gloriæ, honoris, juſtitiæ, & operis conſtantiæ, ut officio benedictionis noſtræ, recta fide, & cum fructu multiplicato boni operis, pervenias ad regnum æternum largitate illius cujus regnum imperiumque permanet in ſæcula ſeculorum. Corona capiti regis inpoſita Paribuſque ſuſtinentibus, iterum certas orationes & benedictiones Archiepiſcopus pronuntiato. ac poſtea oratione ad Regem converſa dicito, Eſto ſtabilis, & retine deinceps ſtatum quem tenuiſti hactenus per ſucceſſionem patris jure hæreditario delegato ex auctoritate Dei omnipotentis & præſente traditione noſtra, nempe Epiſcoporum omnium & aliorum ſervorum Dei, & incipe deferre conveniente loco clero honorem eo

am-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

ampliorem, quo vides te electum altari ſacro propinquiorem eſſe, ut mediator Dei & hominum te confirmet atque tueatur per clerum & populum in hoc throno regni, & Dominus noſter Ieſus Chriſtus, Dominus dominorum, qui regnat cum Deo in æternum, te faciat regnare ſecum in regno æterno. Tum orationes certas & benedictiones adjungito, quibus abſolutis, idem Archiepiſcopus cum Parium coronam ſuſtinentium comitatu regem ſic ornatum ad thronum ipſi præparatum ducito, & conſtituito in cathedra ipſius adeo eminente ut ab omnibus ſpectari poſſit. Hoc facto, mitra poſita, Regem ſedentem oſculator & dicito, Vivat Rex in æternum. Poſt eum Pares alii clerici & laici ſuſtinentes coronam & iiſdem verbis utentes idem faciunto: tum præcentor & cantor alter obſervantes chorum, miſſam incipiunto, quæ ex ordine canitor, & ſpecialis oratio hæc pro Rege adjicitor: Oramus te Deus omnipotens, ut dominus noſter rex nominetur ſervus tuus, qui benignitate tua recepit gubernaculum regni, percipiat quoque incrementum virtutum omnium, quibus condigne ornatus poſſit evitare monſtra vitiorum, vincere inimicos, & gratus pervenire ad te, qui es via, veritas & vita, per Ieſum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

Chriſtum Dominum noſtrum. Cum autem canitur Evangelium, Rex è cathedra aſſurgito, & corona adimitor à capite ejus. Poſt Evangelium, ſummi Archiepiſcoporum Epiſcoporumque librum Evangeliorum aſſumentes ferunto oſculandum regi, deinde Archiepiſcopo celebranti miſſam. Ad oblationem lagena argentea plena vini, & tres nummi aurei afferuntor. Rex à Paribus coronam ſuſtinentibus deducitor atque reducitor, & gladius ſtrictus ante ipſum fertor cum procedit ad oblationem: eo revertente Archiepiſcopus iſta in ſecretis dicito: Supplices oramus te, Domine, placeat tibi ſanctificare has oblationes, ut largitate tua proficiant regi nominato noſtro ad obtinendum ſalutem animæ & corporis, ac perficiendum officium impoſitum, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Domine, hæc oratio ſalutaris præſervet regem nominatum noſtrum ſervum tuum ab omnibus adverſitatibus, ut obtineat tranquillitatem pacis Eccleſiaſticæ; & poſt decurſum temporis iſtius perveniat ad hæreditatem æternam per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Antequam Archiepiſcopus canat, *Pax Domini ſit ſemper vobiſcum*, pronuntiat regi & populo has benedictiones, Dominus benedicat & ſervet te: ut placuit

ipſi

ipſi Regem te conſtituere in populo ſuo, ita beatum efficiat te in hoc præſente ſeculo, & participem felicitatis æternæ, Amen. Clerus & populus quem gratia ſua & mandato voluit congregari, feliciter gubernentur à te mediante diſpenſatione adminiſtrationis ejus, Amen: ut obſequentes divinis monitis, vacui omnibus adverſitatibus, abundantes bonis omnibus, ſerviant miniſtro tuo amore fideli, & fruatur in hoc præſente ſeculo tranquillitate pacis, poſteaque tecum ſocietate civium æternorum; quod donare velit ille qui regnat in ſempiternum, Amen. Deinde pronuntiato illo *Pax Domini*, is qui librum Evangeliorum tulerit, pacem ab Archiepiſcopo una genarum tangens accipito, & oſculandam exhibeto Regi: deinde poſt eum Archiepiſcopi & Epiſcopi omnes alii ex ordine Regem inſidentem throno ſalutaturi proceduntò. Abſoluta miſſà Patres iterum Regem ante ſummum altare adducunto, ubi accipiunto communionem corporis & ſanguinis Domini noſtri de manu Archiepiſcopi. Hoc factoArchiepiſcopus majorem coronam quam habebat rex, de capite ejus detrahito, & inſigniores veſtes exuito: cumque aliis indutus fuerit, coronam minorem alteram imponito capiti illius:

ita

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

ita Rex in palatium diſcedito prelato ipſi gladio,& induſium ejus propter unctionem ſanctam comburitor. Poſt ſacra & miſſam Barones ampullam ſanctam honorifice in ædem Remigianam deducunto, & feliciter in loco ſuo reponitor. Ioannes Francus regis Ioannis filius Dux Biturigum, obſes in Anglia, tempeſtive ſolutus vinculis primo Februarii milleſimi trecenteſimi ſexageſimi quinti, ſe reverſurum promiſit fide veri filii Rege ſacrato nati: ex quo apparet,ſacris Regis Chriſtianiſſimi filios honorari, & fidem eorum majorem teſtatam fieri quam ſit eorum, quos reges minime ſacrati genuerint. Rex profectus Remis ſolet ad ſanctum Marcolphum novemdiales ferias agere, nec ante curat eos tactu quibus ſtrumæ infeſtæ ſunt: quod pervetus inſtitutum eſt. Rex Philippus Pulcher moribundus filium maximum Ludovvicum Hutinum Regem informavit,& rationem docuit tangendi eos qui ex ſtrumis laborabant, exponens ſancta & religioſa verba quibus inter tangendum utebatur: commendavit ſanctitatem vitæ ad hanc curationem tactus, & ex ſcriptura demonſtravit non exaudiri à Deo vitioſos, neque ab illis edi miracula. Sed quando regina cum rege ſacratur Remis atque coronatur,thronus aliquanto minor

nor

nor præparator ei quã ſit thronus regis: quo ſacrato coronatoq; regina in ædem introducitor, cumque illa ante altare orationem ſuam habuerit, ab Epiſcopis in genua erigitor, illaque caput inclinato dum Archiepiſcopus orationem pronuntiabit, tunica & induſium reginæ ad zonam uſque aperta ſunto, eamque oleo ſancto Archiepiſcopus ungito capite & pectore, dicens, In nomine Patris, Flii & Spiritus Sancti hæc unctio olei proſit tibi ad honorem & confirmationem æternam. Poſt unctionem habeto orationem; ac poſtea ſine oratione indito manibus reginæ ſceptrum minus, & aliter fabrefactum quam ſceptrum regis, itemque manum juſtitiæ alteri ſimilem, induitoque annulum digito illius, dicens, Accipe annulum fidei, ſignaculum trinitatis ſanctæ, quo vitare poſſis omnem pravitatem hæreticam; & virtute quæ tibi eſt tradita, barbaros voca ad cognitionem veritatis. Poſtea orationem enuntiet, qua abſoluta, à ſolo Archiepiſcopo corona capiti reginæ imponitor, quæ omni ex parte à Baronibus ſuſtentetur: & imponens dicito, Accipe coronam gloriæ, honoris & lætitiæ, ut reluceas & coroneris gaudio. Corona impoſita, orationem ſubjungito Archiepiſcopus. Poſt eam Barones coronam reginæ

ſuſti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

ſuſtinentes deducunt eam, & collocant in throno, atque una cum ſummis & nobilibus fœminis adſtant ei in oblatione miſſæ, pace, & communione. Ordo idem in Reginę ſacris atque in Regis conſecratione obſervatur. Hic autem ordo tum demum obſervatur, quando alibi quam Remis regina coronatur.

SERIES ET CHRONOLOGIA BREVIS REGVM GALLIAE.

DIviditur ordo regum Galliæ, ſecundum tres familias, quarum I eſt *Merovingorum*, incipiens à Pharamundo, vel (ut alii volunt, VVaramundo) anno Chriſti 419. II eſt *Carolinorum*, à Pipino rege patre Caroli Magni anno Chriſti 751. III eſt *Capetorum*, ab Hugone Capeto, filio Hugonis magni Comitis Pariſienſis, Ducis & Coneſtabilis Franciæ, anno Chriſti 988.

Prima claſsis Regum Galliæ.

I. Anno Chriſti 419. Pharamundus, Honorio & Theodoſio II imperantibus, regnat annos 11. Fuit filius Marcomiri Ducis.

II. An.Chriſti 430. Clodius, ſive Clogio, cognomine Crinitus & Comatus, regnat annos 18. Hic eſt Germanorum Luitbeg ſive Luitbig (q.d. populi via) qui Francos ex antiqua Francia, quæ & Franconia, trans Rhenum in Gallias duxit.

III. 448. Meroveus, alias Merovingus, (à quo dicta eſt familia Merovingorum) regnat annos 10. Hic vicit Attilam regem Hunnorum in campis Catalaunicis, qui ſunt ad Tholoſam. Hic ipſe rex eſt *Merberg* Germanorum, q.d. augmentans montem.

IV. 458. Childericus F. an. 26. Alias dicitur Hyldericus.

V. 484. Clodovæus Magnus, Childerici F. primus rex Chriſtianus, regnat annos 30.

VI. 514. Childebertus F. ſuccedit, & regnat annos 45.

VII 560. Clotharius, aliis Lotharius, Childeberti frater, regnat annos 5.

VIII. 565. Cherebertus, aliis Aribertus, Clotharii F. regnat an. 9.

IX. 574. Chelpericus, aliis Hilpericus, frater Chereberti, regnat annos 14.

X. 588. Clotharius II, alias Lotharius II, quadrimeſtris capeſſit regnum, quod adminiſtrat annos 44.

XI 632. Dagobertus F. cognomento Magnus

Magnus regnat an.14. Expulit Iudæos è ſuo regno.

XII. 646. Clodovæus II F.an.17.

XIII. 663. Clotharius II F.an. 4. Ab hoc inertiæ ſuæ initium & exemplum ſumpſerunt qui poſtea ſecuti ſunt ad Pipinum uſque reges. Hinc regni Gallici adminiſtratio & ſuprema auctoritas tranſire cœpit ad Majores ſive Magiſtros domus, ſive Præfectos palatii, ſolo fere nomine regibus relicto, uſque ad Pipinum anno 751.

XIV. 668. Childericus II, frater Clotarii, an.14.

XV. 680. Theodoricus, frater Clotharii, an.14.

XVI. 994. Clodovæus III F.Theodorici, an.4.

XVII. 698. Childebertus II, frater Clodovæi III, an.18.

XVIII. 716. Dagobertus II F.Childeberti, an.4.

XIX. 720. Clotarius IV, frater Dagoberti, an.2.

XX. 722. Chilpericus II, an.5.

XXI. 727. Theodoricus II, Dagoberti II F.an.15.

XXII. 742. Childericus III F.an.9.

Secunda

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

Secunda claſſis Regum Franciæ.

XXIII. 751. Pipinus Exiguus ſive Brevis primus ex ſuo genere, conſenſu nobilium, cum approbatione Papæ Zachariæ, regnũ occupat, in quo vixit an. 16. men. 4.

XXIV. 768. Carolus M. Pipini F. regnat annos 46.

XXV. 814. Ludovicus I, cognomine Pius, Caroli F. regnat an. 27.

XXVI. 841. Carolus II, cognomine Calvus, an. 37. Huic primo obtigit regnum Franciæ, quod terminatur Moſa flumine & Britannico Oceano.

XXVII 878. Ludovicus Secundus, cognomine Balbus, Caroli F. an. 2.

XXVIII. 880. Ludovicus Tertius, & Carolomannus, filii Ludovici, an. 5.

XXIX. 885. Carolus, cognomine Craſſus, ſuſcepit regnum loco Caroli Simplicis, qui annis minor erat, quam ut Rempublicam poſſet capeſſere. Carolus autem Craſſus regnavit an. 5.

XXX. 890. Odo, comes Andegavenſis, è genere VVitekindi, accerſitus fuit tutor Carolo Simplici. Regnavit an. 10. Inſtituit lilia in ſigno Francorum depingi, incerto numero, quem voluit eſſe ternarium Carolus VI. an. 1380.

XXXI. 900. Carolus III, (nam Carolus Craſſus non fuit appellatus Tertius, quia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

ſimul Imperator erat) cognomine Simplex, regnat an. 27. inter quem & Rodolphum, ponunt quidam Robertum fratrem Odonis, qui obiit in pugna Sueſſonienſi anno 928.

XXXII. 927. Rudolphus, filius Richardi, Ducis Burgundionum, & frater Odonis, an. 2.

XXXIII. 929. Ludovicus IV, cognomine Tranſmarinus, Caroli Simplicis F. regnat an. 27. Dictus autem eſt Tranſmarinus, quod capto ſuo patre fugerat cum matre in Angliam ad avunculum ſuum Angliæ regem, cujus armis adjutus regnum recepit.

XXXIV. 956. Lotharius Ludovici F. reg. annos 36. Hugone Majore res adminiſtrante. Qua ratione ſibi multorum animos conciliat, & aditum ſuis ad regnum patefecit.

XXXV. 987. Ludovicus V, Lotharii filius, regnat an. 1. veneno ſublatus ab iis qui regno inhiabant.

Tertia claßis Regum Franciæ.

XXXVI. 988. Hugo Minor, cognomine Capetus vel Caputius, filius Hugonis Majoris, nobilium favore fit rex: Caroli Ludovici V patruo moram nectente in Lotharingia, quam regebat titulo ducis. Hugo regnavit annos 9.

XXXVII. 997. Robertus F. Hugonis regnat annos 34.

XXXVIII. 1031. Henricus I, Roberti F. annos 30.

XXXIX. 1061. Philippus I, Henrici F. annos 49.

XL. 1110. Ludovvicus VI, Philippi F. cognomine Craſſus, an. 28.

XLI. 1138. Ludovicus VII, cognomine Iunior, annos 43.

XLII. 1181. Philippus II, cognomine Auguſtus, annos 43.

XLIII. 1224. Ludovicus VIII, Philippi II F. an. 3.

XLIV. 1227. Ludovicus IX, cognomine Sanctus, an. 44.

XLV. 1271. Philippus III, cognomine Audax, an. 15. Veſperæ Siculæ ſub hoc rege contigerunt.

XLVI. 1286. Philippus IV, cognomine Pulcher, Philippi III F. an. 28.

XLVII. 1314. Ludovicus X, cognomine Hutinus, Philippi Pulchri F. regnat annos 2.

XLVIII. 1316. Philippus V, cognomine Longus, frater Hutini, an. 5.

XLIX. 1321. Carolus IV, cognomine Pulcher, frater Philippi Longi, regnavit annos 7.

L. 1350. Philippus VI, dictus Valeſius, an. 22.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

LI. 1350. Iohannes I, Philippi Valeſii F.annos 14.

LII. 1364. Carolus V, cognomine Sapiens, Iohannis F.annos 16. Hic ſacras literas in linguam vernaculam Francicam verti curavit à Nicolao Oreſmio, & regnum, quod Angli pene totum occupaverant, recepit.

LIII. 1380. Carolus VI, Caroli V F.annos 42. Ejus filia nupſit Anglorum regi. Ab eo tempore reges Angliæ, Franciæ quoque reges ſe appellaverunt, & lilia Francorum roſis Anglicanis in ſuis inſignibus adjunxerunt.

LIV. 1423. Carolus VII, cognomine Victor, Caroli VI F.an.38.

LV. 1461. Ludovicus XI, Caroli VII F.annos 23.

LVI. 1484. Carolus VIII, cognomine Parvus & Exiguus, Ludovici F. regnavit annos 14.

LVII. 1498. Ludovicus XII, antea Dux Aurelianenſis, Pater populi cognominatus, ſanguine proximus Carolo VIII, regnavit annis 17.

LVIII. 1515. Franciſcus I, cognomine Valeſius, cognatus Ludovici XII, antea Dux Engoliſmenſis, reg.an.32.

LIX. 1547. Henricus II, Franciſci F. annos 12.

LX. 1559. Franciſcus II, Henrici F. regna-

regnavit annum 1. & aliquot menſes.

LXI. 1560. Carolus IX, Franciſci II frater, an. 14.

LXII. 1574. Henricus III, Valeſius, Caroli IX frater, relicto regno Poloniæ, capeſſit regnum Galliæ, cui præeſt annis 16. confoſſus tandem à monacho Dominicano Iacobo Clemente, anno 1589.

LXIII. 1590. Henricus IV, Borbonius ſive Navarræus, regnat an. 21. confoſſus anno 1610, ut indicat hoc carmen,

TrIſtIa ſangVineo LILIa rore MaDent.

LXIV. Ludovicus XIII, Henrici Magni filius, anno ætatis IX inauguratus, hoc anno 1626 regni ſui decimum ſextum numerat.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

INDEX IN REMPVBLICAM GALLIAE.

Claudii Seſellii liber primus.

DE auctore. 3
Genera adminiſtrationis Reipubl. 5
Forma Reipublicæ Romanæ. 6,7
Forma reipublicæ Venetæ.10,11.Proviſores Veneti. 13
GALLIAE regnum. 16
Lex Salica. ibib.
Freni poteſtatis Gallicæ. 19. I. Religio, 19 & 46. Druides.19. Reges CHRISTIANISSIMI.20, 46. II. Iuriſdictio. 22.52. Parlamenta.ibid. III. Politia. 24,57
Ordines in Galliis.25. I.Nobilitas,25,58. ordo equeſtris,25.Conneſtablii , Mareſcalli,27,76. Ammiralii. 27. Penſionarii.ibid. Quæſtores.36. Nobilium incommoda.ibid. II. Populus , Mercatores.28,63,66. III. Vulgus.ibid.& 67.
Ordo eccleſiaſticus. 30
Omnium ordinum regni cohærentia. 31. Vitiorum emendatio.32. in rege requiſita. 33,36
Senatus. 37
Concilium. 38

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

Claudii Seſellii liber ſecundus.

Galliæ robur. 70
Militia. 73,79.89
*Exercitus Imperator.*81. *In eo requiſita.* 83,85.*Auctoritas.*86.
Diſciplinæ militaris capita. 89,92.94
*Adminiſtratio tempore pacis.*96.*belli.*102
Claſsis. 106
Navigationes. 110
Regni amplificatio. 111
*Conſervatio regni, I per arma.*118. *II per leges.* 128
Præfecti. 130
Factioſi. 133

Ioannis Tilii Liber.

De attributis,amplitudine,præſtantiaque Regum & Regni Galliæ. 135
De auctoritate & prærogativa Reginarum Galliæ. 147
De rectionibus Galliarum regni. 156
De filiis Regum, eorum aſsignationibus & beneficiis. 174
De filiabus Francis. 191
De Principibus agnatis. 200
De Paribus Galliæ. 216
De Præfectis palatio,Ducibus, & Comitibus officialibus. 258

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

De Conneſtabili, Mareſchallis, & Magiſtro baliſtariorum. 265
De Amiralio. 286
De Magno Magiſtro. 292
De Archimagiro. 300
De maximo à poculis, ſeu pincerna. 302
De maximo Artocopo. 305
De ſummo Hippocomo. 309
De ſummo Venatore & Accipitrario. 311
De maximo Præfecto cubiculi. 312
De ſummo Cubiculario. 323
De ſummo Magiſtro, Quæſitore, & Reformatore generali aquarum ſylvarumque Galliæ. 332
De privato conſilio Regis. 334
De Gubernatoribus provinciarum pro Rege, & vicariis generalibus. 344
De Equitibus regii ordinis & ſtatu Equitum. 354
De magnis Eleemoſynariis & Confeſſariis. 364
De Præfecto prætorio Regis. 366
De officiis domeſticis Regum, Reginarumque, item filiorum & filiarum ipſorum. 368

Vincentii Lupani in Commentarios ſuos

Præfatio ad Iacobum Brollatum Arelatenſem Epiſcopum. 382
Prolegomena. 385

Liber

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

Liber primus.

Regia majeſtas. 387
Delphinus. 390
Regens Franciæ. 393
Major domus & Conneſtabilis. 396
Pares Franciæ. 403
Mareſcalli. 407
Hamiralus. 414
Equites Ordinis. 417
Locum-tenentes regii. 422
Gubernatores regionum. 424
Magnus Magiſter artilariæ & arcubaliſtariorum. 427
Heraldi. 432
Familia Regis. 433
Magnus Chambellanus, & nobiles cameræ. 434
Magnus Magiſter. 435
Magnus ſcutarius. 436
Magnus Venator & Falconarius. 437
Magiſtri hoſpitii. 438
Magnus Panetarius, & nobiles ſervientes, ſcilicet Panetarii, Scutarii, Menſarii, Eſcanſoni. 439
Secretarii. 442
Rex Ribaldorum, & Pravoſtus Hoſpitii. 444.
Centum-nobiles. 446
Capitaneus portæ. 447

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

Guardia. 449
Mareſchalli hoſpitiorum , & Forieri. 451.

Liber ſecundus.

PRæfatio ad Michaelem Quelinum, conſiliarium regium in curia Pariſienſi. 452.
Tres ſtatus. 453
Strictum ſive privatum conſilium. 455
Cancellarius. 456
Magiſtri requeſtarum. 460
Parlamentum. 463
Procurator generalis Regis , & duo advocati Regis. 475
Magnum conſilium. 475
Balivi & Seneſchalli. 478
Theſaurarius chartarum. 482

Liber tertius.

PRæfatio ad Ianos Dornam Cordubæum & Maumontium. 483
Domanium Regis. 484
Quatuor theſaurarii. 487
Camera theſauri. 489
Auxilia. 490
Talea. 491
Quatuor generales. 495
Electi. 496
Generales Iuſtitiæ auxiliorum. 498
Camera computorum. 500

Philippi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

Philippi Honorii relatio.

FRanciæ fortuna. 505
Galliæ regni dignitas. 506,507
Galliarum potentia & provinciæ 508, 509. commoditas. 510. arces. 510, 511. tormenta, 511. arma. 512. 513. defenſa ſui. 514
Populoſitas. 515. populi ſtatus tres. 515. regis conſanguinei. 516. officia præcipua. 517, 518. ſcholaſticorum numerus. 518, 519.
Gubernatio Reip. 519
Militia. 520. equitatus. 521. peditatus. 523 duces. 524, 525. fortitudo. 526
Galliarum opulentia. 527
Expenſæ. 529, 530
Adminiſtrationis auctoritas. 530, 531
De ſucceſſione in regnum. 532
Regis familiaritas. 533
Conſilium arcanum. 536. privatum. 537
Omnium ſtatuum Aſſemblea. 537
Regni Francici fundamenta & columnæ. 539.

Philippi Honorii deſcriptio Politici ſtatus in regno Galliæ.

MOnarchia regalis. 540
Status Galliæ initialis, deque Regibus. 542

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

Ordines Galliæ. 546
Nobiles. 547 *præfecturæ. penſionarii.* 548
Populus, mercatores, quæſtura, prætura. 549.
Vulgus. 550
Ordinum & graduum neceſſitas. 550
Ordo eccleſiaſticus. 551
Ordinum cohærentia & aptitudo. 552
Concilium ſeu Parlamentum. 553
Præfecti Reipublicæ ſeu prætorio, vel Majores domus, vel magiſtri palatii. 555
Comites ſtabuli, Mareſchalcus Pares Franciæ. 557
Officiarii regni. 560
Parlamenta juridica. 561
Conſilium magnum. 563
Conſilium privatum. 564. *ſecretum. ibid.*

Ioannis Boteri de regno Gallico relatio.

FRanciæ limites. 565
Latitudo & figura. 566
Provinciæ. 566
Cœlum. 566
Temperatura & vites. 568
Terræ fertilitas. 569
Flumina. 570
Civitates. 571
Lacus. 572
Sylvæ. 572

Vires

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

Vires regni. 572
Magnetes Franciæ quatuor. 573
Reditus. 575
In quos-nam hi reditus impendantur. 576
Munitiones. 578

De Regum & Reginarum coronatione. 579.

Series Regum Galliæ. 606

SVM-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

ILluſtrium & præpotentium D.D. Ordinum fœderatarum Belgiæ provinciarum decreto cautum eſt Bonaventuræ & Abrahamo Elzeviriis *Academiæ Leydenſis typographis, Ne quis præter illorum aut hæredum voluntatem atque conſenſum, toto decennio proximo, his in regionibus ulla ratione excudat, aut alibi extra provincias excuſos inferat vendatve, libros, I, hunc præſentem, cui titulus,* Reſpublica, ſive Status regni Galliæ; *II, editos ante hunc ſub iſtis fere titulis*, Reſpublica Angliæ, Venetiarum, & Romana; *III, pauloque poſt edendos tractatus* de Republica & adminiſtratione Scotiæ, Poloniæ, Hiſpaniæ, Daniæ, Norvvegię, Sueciæ, Græciæ, Turciæ, Vngariæ, Germaniæ, Bohemiæ, Helvetiæ. *Quod ſi quis contempta auctoritate directe vel indirecte præſumpſerit, editos, prodeuntem, & prodituros*

tracta.

tractatus, omnes aut nonnullos, totos vel partem, hoc ſive alio modo, intra dictum temporis intervallum typis mandare, vel impreſſos alibi in has oras inferre & vendere, confiſcatione librorum illorum omniũ, mulctaque inſuper pecuniaria ſexcentorum florenorum, damnas eſto; uti latius patet in ipſo privilegio, dato Hagæ in conventu ſupra dictorum D.D. Ordinum Generalium, 15. Maij, 1626.

G. V. Hertevelt Vt.

Ad mandatum præpotentium D.D. Ordinum General. ſſ.

I. van Goch.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 7